Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

~~D 55 B~~
UW 300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# BIBLIOTHECA ANTI-TRINITARIORUM,

ſive

Catalogus Scriptorum, & ſuccincta narratio de vita eorum Auctorum, qui præterito & hoc ſeculo, vulgo receptum dogma de tribus in unico Deo per omnia æqualibus perſonis vel impugnarunt, vel docuerunt ſolum Patrem D. N. J. Chriſti eſſe illum verum ſeu altiſſimum Deum.

OPUS POSTHUMUM

CHRISTOPHORI CHR. SANDII.

*Accedunt*

alia quædam Scripta, quorum ſeriem pagina poſt præfationem dabit.

*Quæ omnia ſimul juncta*

COMPENDIUM HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ UNITARIORUM,

qui SOCINIANI vulgo audiunt, exhibent.

FREISTADII,
Apud JOHANNEM ACONIUM.

cIɔ Iɔc LXXXIV.

Koninklijke Bibliotheek 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

B. W.

# LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

DIu eſt ex quo literatorum orbis, optavit velut in theatro ſiſti, illius religionis viros, quæ ad hodiernum uſque diem hæreſeos nomine audit. Horum Catalogum, cura ac labore *Chriſtophori Sandii*, quo nuper orbati ſumus, concinnatum, tibi candide Lector, en! offerimus. Auctoris laudibus non immorabor: ſublimes namque animi ejus dotes, in



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

monumentis ipſius, quæ hactenus lu
cem vidêre, abunde cernere licet. Im
mo & in hoc poſthumo fœtu ipſius
ingenii ejus indefeſſique laboris cla
rum elucet ſpecimen. Suſceperat ill
tractatum hunc elaborandum, à non
nullis literarum taliumque ama
toribus ſtimulatus. Verùm plurimi
occupationibus diſtractus, pòſt mo
bo impeditus, ac tandem morte in
matura ereptus, opus hoc pertexer
non potuit, ac proinde imperfectu
id nobis reliquit. At nequaquam cu
eo, eorum qui dudum id præſtola
bantur, extinctum eſt deſiderium, qu
auctorem debita gloria, ſe verò fru
ctu, quem inde percepturi eſſent, pr
vari, querebantur. His ergo prob
perpenſis, & nemine alio ſe offerer
te, haud dubitavi, iiſdem calcar ad
dentibus, pro modulo meo opus hc
cor

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

continuare. Haud ignarus quidem ſum non vulgare ingenium judiciumque requiri, ad aliorum poſthuma ſcripta augenda, exornataque in lucem emittenda. Verùm cum à longo tempore notus mihi fuerit fœtus is Viri Clariſſimi, ipſeque ſæpius de eo mecum conſilia iniverit, immo & emendandi plenam facultatem conceſſerit; eò audentius laborem hunc aggreſſus ſum. Et quam vivo in corrigendis augendiſque non paucis, operam navavi, eandem defuncto amiciſque ejus, denegare nequaquam potui. Antequam igitur ad libri hujus lectionem accedas lector benevole, paucis licentiam noſtram qua in editione ejus uſi ſumus, accipe. Operæ pretium me facturum duxi, ſi quos adhuc hujus generis noſſem auctores, à noſtro Auctore prætermiſſos, in re-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

liquorum cenſum referrem: quoru
ferè ſeptuaginta collectos, hîc inſ-
rui. Simul etiam in id incubui, ut ne
tantùm exactum nativitatis ac obitu
cunctorum, quantum fieri potuit, ter-
pus notarem; ſed etiam unde orti fu-
rint, ubi vixerint, quid egerint, qui-
ve docuerint, ac denique ubi vitai
finierint, hac oblata occaſione i-
nuerem Multorum inſuper libroru
titulos, præſertim verò manuſcript-
rum (quorum plurimos videre mi
contigit) in lucem protraxi, auct-
ribus eorum honorem debitum vin-
cavi. Quem etiam aſſerui his, qui o
modeſtiam ſcripta ſua ſuppreſſo n-
mine ediderant. Inter cœtera qu-
que, quæ haud obſutura fore rat
ſum, ad codicem hunc augendum, c
illud eſt; quod cunctos titulos libr-
rum aliis linguis exaratorum, La-
nitate etiam donaverim. Pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Porrò qualiſcunque tandem in his labor meus ſit, nequaquam eum cum auctoris lucubrationibus comparari volo. Neque enim me latet facilius eſſe inventis addere: & via jam trita aliorum premere veſtigia. Ideoque opus hoc, magno ipſius nomini conſecrare minimè dubitamus. Utinam diutius ipſo frui potuiſſemus, ut non tantum hunc, ſed & alios quos inchoavit vel inchoare in animo ſtatuerat, ad finem perduxiſſet labores. Quid tamen effecerit, per tam breve, quo inter mortales commoratus eſt temporis ſpatium, ſuo dabimus loco. In animo etenim eſt & noſtrum auctorem, in horum virorum cenſum referre: quamvis haud defuerint qui adhuc viventem, eraſum inde cupiebant. Jamque brevi ante obitum ipſius, ſiniſtra ſparſa fuerat fama, ab his qui id



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

libenter vidiſſent, eum prioribus ſuis opinionibus nuncio miſſo, in adverſa caſtra tranſiiſſe. Verùm de his non eſt hic multis agendi locus.

Tu verò, quiſquis es ô Lector, ne dedigneris laborem hunc, eo quo tibi offertur ſuſcipere animo. Si igitur aliquid ſecus ac oportuit exaratum reperies, benigne corrige ac mone: ſin verò omiſſum quidpiam animadvertes, & plura his quæ ad notitiam noſtram pervenêre ſcias, enixe rogamus, ne ea (prout nos feciſſe vides) orbi literato communicare graveris. Deus verò providentia ſua te ſemper protegat ac tueatur, largiaturque tibi ut quàm optimè valeas!



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# SERIES
# TRACTATUUM
## hoc volumine contentorum.

Bibliotheca Anti-Trinitariorum. *Pag.* 1
Joh. Stoinii *Epitome Hiſtoriæ Originis Unitariorum in Polonia.* 181
Georgii Schomanni *Teſtamentum ultimæ voluntatis: continens vitæ ipſius, nec non variorum Actuum Eccleſiaſticorum ſuccinctam hiſtoriam.* 189
*De* Typographiis *Unitariorum in Polonia.* 199
*Brevis Relatio de* Joh. Tyſcovicii *martyrio.* 203
Andr. Wiſſowatii *narratio compendioſa quomodo in Polonia à Trinitariis Reformatis ſeparati ſint Chriſtiani Unitarii.* 207
*Accedit Hiſtoria de Spiritu Belga.* 216
*Anonymi* Epiſtola *exhibens vitæ ac mortis Andreæ Wiſſowatii, nec non Eccleſiarum Unitariarum ejus tempore brevem hiſtoriam.* 219
Vindiciæ *pro Unitariorum in Polonia Religionis libertate ab Equite Polono conſcriptæ.* 265

BIBLIO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# BIBLIOTHECA
## ANTI-TRINITARIORUM.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# INDEX ALPHABETICUS

Nominum propriorum, quæ in *Bibliotheca Anti-Trinitariorum* ordine Chronologico recenſentur.


A.

ADamus Boreel. 144
Adamus Francus. 141
Adamus Goſlavius. 108
Adamus Neuſnerus. 61
Adamus Paſtoris. 38
Albertus Caliſſius. 94
Alfonſus Lincurius. 40
Alexander Vitrelinus. 46
Andreas Chraſtovius. 108
Andreas Dudicius. 61
Andreas Fricius Modrevius. 35
Andreas Lubieniecius. 89
Andreas Voidovius. 92
Andreas Wiſſowatius. 145
Anna Princeps Radzivilia. 54
Auctores Anonymi. 172

B.

BEnedictus Arcoſi. 156
Bernardinus Ochinus. 2

C.

CHriſtianus Franken 86
Chriſtophorus Crellius. 162
Chriſtophorus Dinderſtadius. 97
Chriſtophorus Eous, 97
Chriſtophorus Lubieniecius Stan. F. 90
Chriſtophorus Lubieniecius Chr. F. 142
Chriſtophorus Morſtinius. 95
Chriſtophorus Oſtorodus. 90
Chriſtophorus Sandius Philippi F. 150


Chri-

Chriſtophorus Sandius Chr. F. 169
Chriſtophorus Stegmannus. 133
Conradus Graſerus. 86
Conradus Vorſtius. 98
Cornelius Moorman. 143

D.

DAniel Brenius. 135
Daniel Zwickerus. 151
Demetrius Huniades. 86

E.

ELias Arciſſevius Senior. 95
Elias Arciſſevius Junior. 141
Eraſmus Johannis. 87
Eraſmus Otvinovius. 83
Erneſtus Sonerus. 96
Everardus Spangenbergius. 88
Euſtachius Gizelius. 143

F.

FAuſtus Socinus. 64
Florianus Cruſius. 140
Florianus Morſtin. 83
Franciſcus Bethlen. 145
Franciſcus Davidis. 55
Franciſcus Liſmaninus. 34

G.

GEorgius Blandrata. 28
Georgius Enjedinus. 93
Georgius Niemiricius. 145
Georgius Otvinovius. 84
Georgius Schomanus. 47
Gregorius Pauli. 43
Guilielmus Henricus Vorſtius. 143

H.

HErmanus Montanus. 134
Herman van Vleckwijck. 60
Hieronymus Moſcorovius. 105

I.

JAcobus Oſtens. 168
Jacobus Palæologus. 58
Jacobus Rynievicius Trembecius. 142
Jacobus Sieninius. 97
Jan Pietersſoon Beeldhouwer, 160
Jeremias Felbingerus. 157
Joachimus Paſtorius ab Hirtensberg. 149
Joachimus Rupnovius. 122

Joa-

Joachimus Stegmannus Senior. 132
Joachimus Stegmannus Junior. 162
Johannes Becius. 164
Johannes Bidellius. 159
Johannes Campanus. 17
Johannes Cazanovius. 49
Johannes Crellius. 115
Johannes Falconius. 54
Johannes Geiſteranus. 113
Johannes Glirius. 60
Johannes Hartigveld. 161
Johannes Kiſzka de Ciechanowiecz. 82
Johannes Licinius, 94
Johannes Ludovicus Wolzogenius. 137
Johannes Niemojovius. 49
Johannes Paulus Alciatus. 27
Johannes Preuſſius. 163
Johannes Somerus. 57
Johannes Stoinius. 121
Johannes Sylvanus. 60
Johannes Valdeſius. 2
Johannes Valentinus Gentilis. 26
Johannes Volkelius. 96
Jonas Slichtingius. 126

K.

Kiſciana Palatina Vitepſcenſis. 54

L.

Lælius Socinus. 18
Lancelottus à Brederode. 134
Laurentius Criſcovius. 54
Laurentius Stegmannus, al. Tribander. 134
Ludovicus Hetzerus. 16

M.

Marcellus Squarcialupus. 81
Martinus Cellarius. 15
Martinus Crovicius. 45
Martinus Czechovicius. 50
Martinus Ruarus. 114
Matthæus Gribaldus. 17
Matthæus Radecius. 84
Matthias Glirius. 60
Melchior Schafferus. 143
Michaël Gittichius Venecianus. 108
Michaël Servetus. 6

N.

Nathanaël Stuckey. 172
Nicolaus Cochanovius. 83
Nicolaus Paruta. 25
Nicolaus Sienicius. 49

P.

Petrus Geiſteranus. 114
Petrus Goneſius. 40
Petrus Maczynski. 83

Pe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Petrus Morſcovius. 141
Petrus Statorius. 47
Petrus Statorius Stoinski. 92
Philippus Coſmius, *vide* Theodorus Simonis. 143

R.

RAphaël Ritterus. 84
Remigius Chelmius. 48
- - - Reychelius. 134

S.

SAmuel Jarai. 132
Samuel Przipcovius. 123
S. Dominici Montanus. 135
Simon Budnæus. 54
Simon Bonembergius. 83
Simon Piſtorius. 107
Sophia Siemichovia. 83
Staniſlaus Budzinius. 55
Staniſlaus Cicovius. 48
Staniſlaus Farnovius. 52
Staniſlaus Lubieniecius Stan. F. 89
Staniſlaus Lubieniecius Chr. F. 165
Staniſlaus Lucomirſius. 42
Staniſlaus Pacleſius. 53
Staniſlaus Taſzycki. 82
Staniſlaus Wiſnovius. 53
Stephanus Balius. 90
Stephanus Curcellæus. 109
Stephanus Pauli. 168

T.

THeodorus Raphaëlis Camphuyſius. 112
Theodorus Simonis, al. Philippus Coſmius. 143
Theodoſius Schimbergius. 86
Thomas Falconius. 54
Thomas Piſecius. 107

V.

VAlentinus Baumgartus. 144
Valentinus Radecius Matthæi F. 106
Valentinus Radecius Val. F. 156
Valentinus Smalcius. 99

W.

WIllem Davidſz. Redoch. 168
Wolfgangus Fabricius Capito. 1
Wolfgangus Schlichtingius. 94



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# BIBLIOTHECA
## ANTI-TRINITARIORUM.

WOLFGANGUS FABRICIUS CAPITO, Argentinenſis eccleſiæ miniſter, natus anno 1481. Denatus a. 1541. De eo Miniſtri & ſeniores Tranſilvaniæ, in libro de Mediatoris hominis Jeſu Chriſti divinitate, hæc ſcribunt: *Fabricius Capito vir pietate & eruditione inſignis, poſtquam Cellarii ſui commilitonis excellentes animi dotes, & libelli* [nimirum de operibus Dei] *utilitatem deprædicavit, enumerat aliquot religionis capita, de quibus cum Cellario privatim diſſeruerat; de cognitione ſcilicet unius Dei & Chriſti, de Spiritu Sancto*, &c. Opera ejus hæc ſunt:

Epiſtola præliminaris, ſeu præfatiuncula, ſcripta Argentinæ a. 1527, 12. Julii, & præfixa D. Martini Cellarii ſcripto de Operibus Dei, edito à memoratis Miniſtris Tranſylvaniæ Albæ Juliæ a. 1568. in 4o.

Inſtitutiones Hebraicæ.

Commentarii in aliquot prophetas.

Auctor ipſe in modo allegata præfatione, de operibus ſuis hæc habet: *Quin hoc opus Cellarii de operibus Dei (quamlibet egregium) & Buceri Matthæus, qui multa ſuper vulgi judicium ſobriè docet: item Hoſeas, Malachias, & Ionas noſter, in quibus pro mediocritate noſtra, quæ Dei & veritatis ſunt proſequebamur; non alieno nimium ingenio à phraſi Cellarii; opera inquam noſtra cum ſuis authoribus, hoc eſt nobiſcum; ut eſt hominum conditio, omnia cadent ac*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*interibunt, nobis nolentibus. Hoc ſcimus, & ſcribimus, tamen in præſentem duntaxat uſum, dum majora Dominus revelabit.*

JOHANNES VALDESIUS, Nobilis Hiſpanus, Juris conſultus, Secretarius Regis Neapolitani. Fertur ex Germania ſecum Neapolim adduxiſſe ſcripta Lutheri, Buceri & Anabaptiſtarum. Ab eo Bernardinus Ochinus ſententiam ſuam contra receptam de Trinitate opinionem imbibiſſe perhibetur. Floruit a. 1542. De eo Miniſtri eccleſiarum conſentientium in Sarmatia & Tranſylvania lib. 1. cap. 3. de falſa & vera unius Dei Patris, Filii & Spiritus Sancti cognitione, hæc ſcribunt: *De Ioanne etiam Valdeſio, genere & pietate clariſſimo, quid dicendum? Qui ſcriptis publicis ſuæ eruditionis ſpecimina nobis relinquens, ſcribit, ſe de Deo ejuſque Filio nihil aliud ſcire, quam quod unus ſit Deus altiſſimus Chriſti Pater: & unicus Dominus noſter Ieſus Chriſtus ejus filius, qui conceptus eſt de Spiritu Sancto in utero virginis: unus & amborum Spiritus.*

Dialogi Charon & Mercurius impreſſi Italicè.

Conſiderationes piæ & doctæ.

In Pſalmos aliquot.

In Evangelium Matthæi.

In Evangelium Johannis.

Commentarius in epiſtolam Pauli ad Romanos. a. 1556,

Comentario breve, ò declaracion compendioſa, y familiar, ſobre la primera epiſtola de ſan Pablo à los Corinthios, muy util para todos los amadores de la piedad Chriſtiana. *id eſt*; Commentarius brevis, ſeu declaratio compendioſa & familiaris, ſuper primam epiſtolam ſancti Pauli ad Corinthios, valde utilis pro amatoribus pietatis Chriſtianæ. Liber is prohibetur in indice expurgatorio Hiſpanico, cum & ſine nomine auctoris.

BERNARDINUS OCHINUS Senenſis Italus. Fuit Maximo Romanorum Pontifici (ut quidam memoriæ prodiderant) à ſacris confeſſionibus: immo & Generalis ac caput ordinis Capucinorum, prout Zacharias Boverius in Annalibus Capucinorum, teſte Bzovio an. 1542, §. 34, refert. Monaſterium a. 1542. reliquit. Bzovius d. l. propterea eum Italia exceſſiſſe ait quod Romam citatus fuerit,

ideo

deo *quod pro concione quadam ſecus dicta effudiſſet.* Nimirum (prout alii ſcripto conſignarunt) quod in Dominica palmarum, faſtum Papæ Romani in ipſius præſentia ex ſuggeſtu acriter perſtrinxerit (facta comparatione Domini Jeſu, in pauperi ſtatu Hieroſolymam ingredientis) & Pontificum Romanorum vitam. Qua concione finita, unus Cardinalium Papam offenſum eſſe ipſi ſignificat, atque ut protinus præſenti periculo fuga ſeſe eripiat ſuadet: Mox itaque itineri ſe commiſit, ac Venetias conceſſit. Fugam ejus Duciſſa Ferrarienſis, veſtes & alia neceſſaria ei ſuppeditando, adjuvit: prout Bzovius d. l. teſtatur. Magna etenim ipſius, tunc temporis in illis oris, doctrinâ, facundiâ, ac potiſſimùm morum integritate, parta, auctoritas fuit. Prout id vel ex unico ipſius Bzovii, quod haud dubitavit ipſi perhibere, patet elogio: ſic enim ibidem de Ochino dicit; *In tanta tum erat exiſtimatione, ut unus optimus totius Italiæ concionator haberetur, ut qui admirabili quadam quum actione, tum linguæ facundiâ, auditorum animos quocunque vellet raperet, ac tanto magis, quod vita doctrinæ reſonaret.* Huc etiam facit teſtimonium, quod ipſi dat Fulvia Morata, lib. II. epiſtolarum ad Victoriam Moratam ſororem, in literis ſcriptis 7. Id. Aug. anni (ut ex proximè præcedentibus epiſtolis colligo) 1555. ubi hæc refert; *Audio Bernardinum Ocellum* [*id Ochinus* lingua Italica ſonat] *Senenſem, virum ſincerè Chriſtianum, ex Anglia Genevam profugiſſe. Adeo ubique ferenda crux ei, qui velit eſſe Chriſtianus.* Anno 1563. natus annos 76. (teſte Petro Perna in epiſtola ad Czechovicium) à Tigurinis pulſus eſt: aſperrima hyeme viis omnibus nive & glacie impeditis, ut refert Bzovius ex Dudicii ad Bezam epiſtola. *d. l.* §28. Unde in Poloniam ſe contulit. De obitu ipſius varii diverſimodè ſcribunt. Budzinius teſtatur Hiſtoriæ Eccleſiarum Polonicarum ſui temporis MS. cap. 26. eum mandatis contra peregrinos, qui diverſam à communi de Trinitate opinionem fovebant, anno 1564. latis, Poloniâ exactum, amiſſis peſte graſſante duobus filiis, & filia natu majore, in Moraviam conceſſiſſe, ibidemque Slavcoviæ elapſis tribus hebdomadis deceſſiſſe. Quidam (ut Hoornbeekius) non benè intellecto Zarnovecii, in libro contra Fauſtum Socinum, loco, putarunt eum Lælii Socini

magiſtrum fuiſſe: verum de Fauſto Zarnovecius d. l. id aſſerit, qua in re fallitur, neque enim F. Socinus (niſi fortè Lælium patruum) ullum habuit in Theologicis præceptorem.

Prediche, *id eſt*, Conciones, quatuor voluminibus, 8°.

Deinde denuò tomis duobus, quorum prior 50. poſterior 65. ſermones complectitur, Italicè, Baſileæ excudit Iſingrinius.

Libellus de Beneficio Chriſti.

Expoſitio epiſtolæ Pauli ad Romanos, Italicè.

Eadem Latinè ex verſione Sebaſtiani Caſtalionis, Genevæ: & Auguſtæ Vindelicorum apud Philippum Ulhardum 8°. Ex cujus præfatione haud obſcurè colligi poteſt Caſtalionem interpretationis auctorem eſſe: ſic enim illic typographus lectorem alloquitur. *Nolo te ignorare, pie Lector, has expoſitiones ab Ochino primum Latinè ſcriptas non fuiſſe, ſed Italicè. Deinde ab erudito atque pio quodam viro Latiniſſimè redditas, qui elegantiæ ſtudio ſcripturæ ſæpe phraſes Latino inducens habitu, Theologis rem obſcuram fecit, &c.*

Sermones tres de officio Principis Italicè.

Quinque Declamationes ſacræ: eadem lingua. Uterque horum librorum à Cœlio Horatio Curione, Cœlii ſecundi filio, in Latinum verſus, prodiit Baſileæ a. 1550.

Commentarius in epiſtolam ad Galatas. Italicè.

Idem Germanicè.

Centum apologi ſacri, Italice & Latinè, Genevæ.

Iidem ex Italico verſi Germanicè.

Iidem ex Germanico verſi Belgicè. Dordraci 1607. 8°.

De purgatorio Dialogus Italicus & Latinus Thaddæo Duno interprete. Tiguri apud Geſneros. 1555. 8°.

Idem Gallicè: ſub hoc titulo; Dialogue de M. Bernard Ochini Senois touchant le purgatoire. 1562.

Idem Belgicè.

De cœna Domini contra Joachimum Weſtphalum Italicè & Latine, Duno interprete. Baſileæ. niſi fortè Homiliæ de cœna Domini, ibi ſunt impreſſæ.

Labyrinthi de prædeſtinatione & libero arbitrio. Baſileæ. 8.

Libe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Liber de Polygamia, in Polonia conſcriptus, & Sigismundo II. Regi Poloniæ dedicatus: teſte Bzovio ſub an. 1542, §. 30.

Dialogi triginta in duos libros diviſi, quorum primus eſt de Meſſia, continetque Dialogos XVIII. Secundus eſt, cùm de rebus variis, tum potiſſimum de Trinitate. Italicè. Prior liber dedicatus eſt Comiti Bethfordiæ: alter verò Principi Nicolao Radzivilio in Olicha & Nieſuvis Duci, Palatino Vilnenſi, Ducatus Litvaniæ Archi-Cancellario, & ſupremo Mareſchalco, ac militiæ Imperatori.

Iidem Latinè Baſileæ per Petrum Pernam a. 1563. interprete Caſtalione. Bullingerus tamen a. 1568. menſe Auguſto, ſcribit; *Ochinum clancularia adjutum, Italorum quorundam, quemadmodum & ipſe Italus erat, opera, ſuos illos lingua Italica ſcripſiſſe Dialogos quos converſos in linguam Latinam*, opera Italorum *ut ajunt quorundam, inſciis Tigurinæ eccleſiæ miniſtris, Baſileæ, per Italum quendam ipſi admodum familiarem & amicum excudi curavit.* Verum conſtantem famam de verſione Caſtalionis, præter Thuanum lib. 35, & Bzovium a. 1542, §. 30, confirmat Dudicius notis MS. in hos Dialogos Ochini, (quas mihi videre contigit) quando ad hæc verba dialogi 18. pag. 13, *Te Spiritus Sanctus invadet, & ſupremi vis inumbrabit: itaque ſanctus iſte partus dicetur, hoc eſt, erit Dei filius*: hæc in margine annotat; *Vel hinc apparet Caſtalionis eſſe interpretationem.* Ideo videlicet quod memorata verba ex Caſtalionis verſione ſint allegata. Verum clariſſimè id demonſtratur, ex ipſius Caſtalionis confeſſione, quæ legitur in ejus epiſtola ad Conſulem & Senatum Baſilienſem, cujus exordium tale eſt: *Eſt mihi, mei clementiſſimi Domini, à Magnifico Domino Rectore, & cæteris Eccleſiæ Doctoribus, & Paſtoribus demonſtratum, quemadmodum vobis ſcriptæ fuerint literæ, in quibus ego graviſſimè accuſarer: cujus accuſationis partes ſunt duæ: Una ex libro Theodori Beſæ ſumta, altera ſuper mea dialogorum Bernhardini Ochini tranſlatione.* Ad quam poſteriorem accuſationem in calce epiſtolæ, hoc pacto reſpondet: *Quod ad accuſationis partem ſecundam attinet, videlicet quod Bernhardini Ochini Dialogos tranſtulerim, non*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*puto id mihi fraudi eſſe debere. Tranſtuli enim (ſicut & alia ejus opera tranſtuleram) non ut judex, ſed ut tranſlator, & ex ejusmodi opera, ad alendam familiam quæſtum facere ſolitus: & typographus librum ſe dixit obtuliſſe, cumque ſecundum Baſileenſia inſtituta, fuiſſe cenſura approbatum.* Huc etiam facit, quod eodem anno, quo iſti Dialogi Baſileæ evulgati ſunt, ibidem Caſtalio vixerit: quo etiam anno die 29. Decembris defunctus eſt, annos natus quadraginta & octo. Horum Dialogorum exempla, in loco admodum celebri concremata eſſe, refert Bullingerus d. l.

Iidem Belgicè.

Fuerunt præterea Dialogi iſti in varias alias linguas converſi, prout aſſerit Bzovius in loco memorato. Ubi poſtquam dixit Ochinum Cracoviâ in Tranſylvaniam aufugere coactum fuiſſe, ſubjungit; *ibi dialogos quoſdam ſcripſit, qui poſtea in varias linguas, à Caſtellione verò inlatinam tranſlati ſunt.* Idem teſtatur Hornbeeckius, Socinianiſmi confutati tomo primo.

Catechiſmus, quem a. 1591, recuſum fuiſſe, memorat Bzovius a. 1542. §. 31.

Dialogus rationis & hominis: quem quidam ex ſermonibus ejus excerpſit, & Germanicè edidit.

MICHAEL SERVETUS, alias Reves, ſeu Renes, vel Rennes: (*Reves* impreſſum eſt in prima librorum ejus de Trinitate & Dialogorum editione, [quod per anagramma eſſet *Serve*] *de Renes* legitur in editione ſecunda: *Rennes* verò in Alfonſo Lincurio:) ab Arragonia, Villanovani quoque nomine notus, Tarraconenſis Hiſpanus, profeſſione Medicus. Innotuit ejus ſententia de Trinitate circiter anno 1523. cum ſcribat Beza præf. in Acta Gentilis, cum periiſſe, *poſt triginta annorum blaſphemias*: & in vita Calvini; *poſtquam totos annos triginta, tum voce, tum ſcripto, cœlum ac terram infecerat.* Calvinus tamen ipſe dicit eum à viginti annis ante obitum dogmata ſua ſparſiſſe, in epiſtola N°. 156, ad Sultzerum a. 1553. exarata: ubi ſic ait; *Quum Michaël Servetus, jam ante annos viginti, Chriſtianum orbem virulentis ſuis ac peſtiferis dogmatibus infecerit: nomen*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*men tibi non ignotum eſſe arbitror. Quod ſi librum non legiſti, fieri tamen vix poteſt, quin de ipſo genere doctrinæ aliquid audieris. Is eſt de quo fidelis Chriſti miniſter, & ſanctæ memoriæ D. Bucerus, cum alioqui manſueto eſſet ingenio, pro ſuggeſtu pronunciavit, dignum eſſe qui avulſis viſceribus diſcerperetur. Sicuti ab eo tempore non deſiit venenum ſuum ſpargere: nuper Viennæ majus volumen, ſed ex iiſdem erroribus conſarcinatum excudi clanculum curavit. Re verò patefacta, in carcerem eſt conjectus. Unde neſcio quomodo elapſus, per Italiam erravit ferè quatuor menſes. Tandem huc malis auſpiciis appulſum, unus ex ſyndicis, me auctore in carcerem duci juſſit. Neque enim diſſimulo quin officii mei duxerim, hominem pluſquam obſtinatum & indomitum, quoad in me erat compeſcere, ne longius manaret contagio. Videmus quam licentiosè paſſim graſſetur impietas, ut ſubinde novi errores ſcaturiant, quanta ſit eorum ignavia, quos Deus gladio armavit, ad vindicandam nominis ſui gloriam.* &c. Forſan tali pacto Beza cum Calvino conciliari poterit; ut is ab eo demum tempore initium horum annorum arceſſat; quo Servetus ſententiam ſuam typis evulgavit: anno etenim 1531, prima librorum ejus de Trinitatis erroribus editio, in lucem prodiit. Commoratus eſt potiſſimum Lugduni Gallorum, prout refert Petrus Hyperphrogenus Gandavus in Hiſtoria MS. de Serveto & ejus morte. Illic inter Pontificios ſatis quietè vixit: quod etiam Daniel Chamierus Delfinas teſtatur, Panſtratiæ catholicæ tomo II. lib. I. cap. V. §. 4. ubi hæc ſcribit: *Hanc doctrinæ* [ſcilicet de Trinitate] *veritatem noluit Deus in Papiſmo cum aliis multis articulis ſuffocari. Hanc ipſam non tantum confeſſus eſt Calvinus, ſed etiam conſtantiſſimè tutatus contra novos hæreticos, etiam ſtertentibus Papiſtis, apud quos Servetus, quam diu vixit, tuto vixit: tum demum & vim veritatis expertus in Calvino, & in pio Magiſtratu ſanctam ſeveritatem, cùm Genevam venit*, &c. Illic Genevæ in tranſitu, dum Italiam petit, interceptus in carcerem conjicitur, atque poſt aliquot hebdomadas, ad rogum damnatur. Ad quem dum ducitur, ſubinde clamaſſe fertur; *O Deus ſerva animam meam: O Ieſu Fili Dei æterni miſerere mei!*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Strues lignorum erat ex faſciculis quernis viridibus, adhuc frondoſis, admiſtis lignis taleis. Capiti ejus imponitur ſtraminea corona, & ea ſulphure conſperſa. Corpus palo alligatum ferrea catena, collum autem fune craſſo quadruplici aut quintuplici laxo, liber etiam femori alligatur. Memoratus Petrus Hyperphrogenus, hæc inter alia de exitu ejus memoriæ prodidit: *Atque ita*
„ *demum Servetus eductus & abreptus eſt, atque lento igne uſtu-*
„ *latus totus concrematur. In quo igne, cum horas tantùm non*
„ *duas aut tres circumcurſitans, ac vehementiore vento ſuborto*
„ *eoque flamma depulſa, emori non poſſet, poſtremo deficien-*
„ *tibus lignis, ejulare & exclamare cœpit;* Heu me mi-
„ ſerum qui vitam hoc rogo finire nequeo! Anne ducen-
„ ti coronati aurei mihi capto abrepti & non exuſti lege
„ reclamante, torquiſque aureus de collo dependens, ſuf-
„ ficiebant, quibus affatim lignorum coëmi, & huc con-
„ geri potuiſſet, mihi miſerando conſumendo? *Aderat*
„ *hic Guilhelmus Farellus Eccleſiæ Genevenſis Senior Mi-*
„ *niſter, Calvini vicarius, qui non ceſſabat Serveto in extre-*
„ *mis acclamare;* Crede in æternum Dei Filium Jeſum
„ Chriſtum: *cui conſtanter Servetus;* Ego credo Chri-
„ ſtum eſſe verum Dei filium, ſed non æternum. *Ac ſic*
„ *tandem exuſtulatus exſpirans peremtus eſt, in manus Dei Patris commendato ſpiritu.* &c. Combuſtus eſt Servetus Genevæ anno 1553. die 27. Octobris: prout id clarè patet ex Calvini epiſtola, No. 161, ad Farellum, Genevæ, 26. Octobris anni memorati ſcripta: ubi inter alia hæc refert; *Cæſar Comicus ſimulato per triduum morbo in curiam tandem aſcendit, ut ſceleratum iſtum* [ videlicet Servetum ] *pœna eximeret. Neque enim erubuit petere, ut cognitio ad ducentos veniret: ſine controverſia tamen damnatus eſt. Cras ad ſupplicium ducetur.* Fallitur itaque ac fallit hos qui auctoritatem ejus hac in re ſequuntur, Bellarminus, in præfatione controverſiæ de Chriſto: & qui cum eo Servetum anno 1555. exuſtum eſſe perhibent. Ea quæ ex Calvino produximus, confirmat Fauſtus Socinus lib. contra Vujekum & Bellarminum, cap. 2. ubi dicit, ſe ex teſtimonio eorum qui præſentes aderant, cùm Servetus ſupplicio afficeretur, accepiſſe menſe Octobri anno



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

no 1553, id accidiſſe. Huc etiam facit, quod anno 1554. à Calvino emiſſus ſit in lucem liber, in quo de morte Serveti narratio habetur: ſub hoc titulo; *Fidelis expoſitio errorum Michaëlis Serveti, & brevis eorundem refutatio: ubi docetur jure gladii coërcendos eſſe hæreticos.* Quot annorum fuerit Servetus cum mortem oppeteret, nondum aſſequi potui. Socinus d. l. dicit; *Certiſſimum eſt Servetum, cùm ſupplicio affectus eſt, ſenem fuiſſe, & Calvino multo grandiorem natu*, &c.

Fuit Servetus ejuſdem ferè opinionis quam olim Paulus Samoſatenus, Photinus & eorum aſſeclæ ac homodoxi (ut Patres nonnullos qui eadem docuerunt mittam) foverunt; nimirum, quod diſtinctionem fecerit, inter Jeſum Chriſtum Filium Dei, & Verbum illud de quo S. Johannes in Evangelii ſui initio agit. Atque hac in re potiſſimùm à cæterorum Unitariorum, qui nunc Socinianorum nomine plerumque audiunt, doctrinâ diſcrepavit. Quod etiam ipſe Fauſtus Socinus innuit, in lib. contra Wujekum cap. 1. Non abs re itaque fore duxi, ſi ex libris ejus nonnulla, in quibus hac de re opinionem ſuam proponit, excerpta, huc producerem. Primo igitur libro de Trinitatis erroribus, pag. 6 & 7, ſic inquit: *Lucas non dicit illam virtutem Filium vocari; ſed id quod ab illa virtute genitum eſt, Filius Dei ideo vocabitur, quia illa Dei virtus eſt vice ſeminis viri. Nec animadvertunt, quanta & quam lata ſint hujus Verbi & ſeminis arcana, ad cujus ſimilitudinem dicitur, quod ſemen ſeminantis eſt Verbum Dei: quia ſicut Verbo genitus & natus eſt Chriſtus, ita Verbo Dei nos renaſcimur. Renati, inquit Petrus, per ſermonem Dei viventis, & hoc ſemen immortale appellat, & genuit nos, Sermone veritatis. Malè ergo philoſophati ſunt, hominem Filium eſſe negantes, ut de Verbo Filium faciant. Tamen aliter ſe habet rei veritas, & Iohannes aptius putavit dicere, Verbum, quam Filius, imò ratione Verbi caro dicitur Filius. De Verbo poſtea dicam, pro nunc proprium honorem & gloriam Ieſu Chriſto ſervemus*, &c. Eodem libro pag. 20. & 21, hæc fatur; *ſumma ſummarum, ut ſcias quo tendat animus meus, excepto illo unico Iohannis Verbo, dico univerſas ſcripturas, à prima uſque ad ultimam, loqui de homine ipſo*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*Chriſto. Et Verbum illud Iohannis non loquitur de eo qui eſt, ſed de eo qui erat, errorque latet in non intelligendo, quid illud fuerit, & quomodo ſit caro factum. Nec te ſeducant imaginationes tuæ: ſed hoc in viſceribus cordis tui reponas, quod in univerſis ſcripturis Homo ipſe Chriſtus loquitur: & in illum ſemper dirigantur cogitationes tuæ. Deum oro ut tibi det hilarem animum ad audiendum, ego reddam tibi (ſecluſa omni calumnia, diſtinctione & æquivocatione) ſcripturas planiſſimas, & Deum ipſum tibi ante oculos ponam, modo in faciem Chriſti ſemper reſpicias.* Porro in libro ſecundo p.48. de Evangelii Johannis initio agens, hæc dicit: *In principio, id eſt ante omnia. Et dicitur ante omnia facta eſſe Sapientia: quia antequam homo loquitur, prærequiritur meditatio cordis. Et quia Dei Sermo eſt ipſamet Sapientia: nam Deus non poteſt inſipienter loqui. Et ita Eccleſiaſticus ſe declarat cap.* 1. *Nam poſtquam dixit; Primò omnium creata eſt Sapientia: adjecit ſtatim; Fons Sapientiæ Verbum Dei. Et cap.* 24. *Ego ex ore Altiſſimi prodivi, primogenita ante omnem creaturam. Modo id quod ex ore prodiit, Sermo eſt.* &c. Et ibidem mox: *Verbum ergo in Deo proferente eſt ipſemet Deus loquens. Poſt prolationem eſt ipſa caro ſeu Verbum Dei. Antequam ſermo ille caro fieret, intelligebatur ipſum Dei oraculum, intra nubis caliginem nondum manifeſtatum, quia Deus erat ille Sermo. Et poſtquam Verbum homo factum eſt, per Verbum intelligimus ipſum Chriſtum, qui eſt Verbum Dei & vox Dei. Nam quemadmodum vox eſt ex ore Dei prolatus. Et quod ipſe nunc ſit Verbum, eſt textus clarus Apoc.* XIX. 11. *Ipſe eſt enim quem ſedentem ſuper equo albo vidit Iohannes, cujus nomen eſt Verbum Dei. Facto ergo tranſitu de Verbo in carnem, caro dicitur Verbum. Nam de quo ſerviret nobis, quod Verbum factum ſit caro, ſi caro nunc non dicitur Verbum. Iohannes enim Verbum vitæ vidit & manibus contrectavit.* Ibidem ſequenti fol. 49. *Potuit potentiſſimum Dei Verbum ſine illo rerum coagulo in carnis tranſire materiam, & propterea Chriſtus ipſe nunc dicitur Verbum Homo, Verbum caro. Poteſt etiam intelligi Verbum caro factum, ſecundum quod de Chriſto dicitur: Ponam Verba mea in ore ejus, & in meo nomine loque-*

*tur*

*tur. Et Chriſtus ipſe : A me ipſo , inquit , non loquor , ſed ſicut docuit me Pater , ita loquor. Propterea dicitur ipſe Sermo Patris , quia Patris mentem enunciat & ejus cognitionem facit.* &c. Jam verò librum tertium, hoc pacto orditur : *Verbum caro factum eſt , Iohannis eſt illuſtre præconium , quod in ſcrutandis Chriſti arcanis , ſemper eſt præmittendum. Ex quo facile intelligimus : Antequam Abraham naſceretur , ego ſum. Ego enim ſum illud Dei oraculum , quod ante Abraham prolatum & manifeſtatum , ab ipſo Abraham eſt auditum & viſum. Voce enim viſibili ante Abraham , imo ante Adam prolata , Chriſtus jam ab initio egreditur ex ore Dei. De quo æternitatis exitu Mich.* 5. &c. Hæc hiſque ſimilia paſſim libris ejus leguntur : ex quibus ſpecimina hæc ideo viſum eſt producere, quod opera hæc ( utpote ab adverſariis ejus pleraque flammis abolita ) non adeò ſint obvia , & quidam miras ipſi tribuant hac de re opiniones. Haud diffiteor quidem , nonnulla talia in eis contineri quæ à contradictionis implicatione vix excuſari poſſint : attamen blaſphemias tales , quales ipſi à quibuſdam objiciuntur ob quas meruerit ut in cineres redigeretur , non potui illic reperire. Hi autem ſunt libri quos conſcripſiſſe fertur.

Theſaurus animæ , ſive Theſaurus animæ Chriſtianæ, alias Deſiderius Peregrinus : primum Hiſpanicè excuſus cum privilegio Regis.

Deinde in Latinam aliaſque linguas verſus , & ſæpe præterito & hoc ſeculo impreſſus. Latine primum prodiit a. 1674. 24°. Roterodami: & adjunctus Compendio Theologiæ Eraſmicæ D. Brenii a. 1577. 24°. Ibidem De libello hoc ſupplementum Bibliothecæ Geſnerianæ , inter anonymos , hæc habet *Deſiderius dialogus de expedita ad Dei amorem via , ex Hiſpanico in Italicum , Gallicum , & Germanicum ſermonem converſus* , 16°. *Dillingæ* 1583.

Idem Belgicè , dictus **Schat der Ziele** : impreſſus Rotterodami a. 1590,8°. Harlemi , 1646. Dordraci 1654, 12°. Amſtelædami, 1660 , 12°. Hagæ Comitum 1664, 12°. Amſtelædami ,1678, 12°. quæ eſt nova verſio figuris illuſtrata. Et alias , quam ſæpiſſimè , typis eſt evulgatus.

Item

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Item rhytmis Belgicis Roterodami a. 1679, 8°.

De Trinitatis erroribus libri ſeptem. Baſileæ a. 1531. 8°. Habui codicem hunc, à viro Clariſſimo, proximè præterito 1681. anno, mecum communicatum, è typis expreſſo exemplari à quopiam (ob exemplarium penuriam) calamo deſcriptum: in cujus limine in talem incidi „ annotationem; Poſſeſſor exemplaris ejus, unde hos „ libros Michaëlis Serveti deſcripſimus, fuerat Petrus Med- „ mannys, iſque primæ paginæ ejuſdem exemplaris in- „ ſcripſerat tale elogium auctoris; *Quæ intellexi proba ſunt, credo & quæ non intellexi.* Porrò typis expreſſum exemplar, fuit nuper adhuc in Bibliotheca Ampliſſimi viri Dn. Johannis Peſſeri Conſulis Roterodamenſis, qui anno. 1678, è vivis exceſſit.

Iidem Belgicè redditi per R. T. i. e. Renier Telle, al. Regnerum Vitellium, a. 1620. 4°.

Dialogorum de Trinitate libri duo. De Juſtitiâ Regni Chriſti capitula quatuor. Per Michaëlem Servetum alias Reves, ab Arragoniâ Hiſpanum. Anno M.D.XXXII. Hunc titulum deſcripſi ex exemplari typis impreſſo in 8°. à viro Nobiliſſimo hoc currente 1682. anno, mihi exhibito. In cujus fronte talem reperi præfationem: *LECTORI SALUTEM. Quæ nuper contra receptam de Trinitate ſententiam ſeptem libris ſcripſi, omnia nunc candide lector retracto. Non quia falſa ſunt, ſed quia imperfecta, & tanquam à parvulo parvulis ſcripta. Precor tamen ut ex illis ea teneas, quæ ad dicendorum intelligentiam te poterunt juvare. Quod autem ita barbarus, confuſus & incorrectus prior liber prodierit, imperitiæ meæ, & typographi incuriæ, adſcribendum eſt. Nec vellem quod propterea Chriſtianus aliquis offenderetur, cum ſoleat aliquando Deus, per ſtulta mundi organa ſuam ſapientiam proferre. Obſerva igitur obſecro rem ipſam, nam ſi mentem advertes, non te impedient impedita mea verba. Vale.* In Dialogis his Michaël & Petrucius colloquentes introducuntur: quibus adjunctum opuſculum, de Juſtitiâ Regni Chriſti ad juſtitiam legis collata & de Charitate, in quatuor partes diviſit: hoc nimirum pactò, prout ipſe in fronte ejus loquitur, *Præſentem tractatum quatuor capitulis diſtinguam; In primo Paulinas ſententias, quas de Iuſtificatione*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*ficatione protulit, exaggerabo: in ſecundo de Regno Chriſti verba faciam: in tertio legem Evangelio conferam: in quarto Charitatis vias enarrabo.*

Ratio ſyruporum, Pariſiis 1537. & Venetiis 1545.

Chriſtianiſmi Reſtitutio, *hoc eſt*, totius Eccleſiæ Apoſtolicæ ad ſua limina vocatio, in integrum reſtituta cognitione Dei, fidei Chriſti, juſtificationis noſtræ, regenerationis, baptiſmi & cœnæ Domini manducationis; reſtituto denique nobis regno cœleſti, Babylonis impiæ captivitate ſoluta, & Antichriſto cum ſuis penitus deſtructo. Codex is in ſex tomos ſeu partes diſpeſcitur, hoc ut ſequitur modo:

De Trinitate divina, quod in ea non ſit indiviſibilium Trium rerum illuſio, ſed vera ſubſtantiæ Dei manifeſtatio in Verbo & communicatio in ſpiritu. libris 7.

*Liber primus agit*, De homine Jeſu Chriſto & ſimulacris falſis: *ſeu* continet tria de Chriſto axiomata, tres Phariſæorum, totidem Sophiſtarum rationes & improbationes, cum abſurdiſſimis inviſibilium illationibus.

*Secundus* viginti ſcripturæ locos exponit.

*Tertius* de perſonæ Chriſti in verbo præfiguratione, de viſione Dei & Verbi hypoſtaſi.

*Quartus* Nomina Dei ejuſque eſſentiam omniformem manifeſtat, & rerum omnium principia.

*Quintus* de Spiritu Sancto, Deinde ſequuntur Dialogi duo, qui conſtituunt ſextum & ſeptimum librum:

*Primus agit* de legis umbris, & Chriſti complemento, angelorum, animarum, & inferni ſubſtantia.

*Secundus* modum generationis Chriſti docet, quod ipſe non ſit creatura, nec finitæ potentiæ, ſed verè adorandus veruſque Deus.

II. De fide & juſtitia Regis Chriſti legis juſtitiam ſuperantis, & de charitate lib. 3.

Liber 1. Cap. 1. De Fide. Cap. 2. De fidei eſſentia. Cap. 3. De Juſtificatione. Cap. 4. De Regno Chriſti.

Lib. II. De Legis ac Evangelii, ac Judæi & Chriſtiani diſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

differentiis. Cap. 1. Quod Judæum excellat Chriſtianus, cap. 2. Quod in Lege fuerit juſtitia carnis, cum in Evangelio ſit juſtitia ſpiritus. Cap. 3. Quod in Lege fuerit juſtitia factorum, cum in Evangelio ſit juſtitia fidei.

Lib. III. Ce Charitate cum fide collata, & operibus bonis. cap. 1. De mercede & gloriæ differentia. Cap. 2. De Charitatis illuſtribus titulis. Cap. 3. Quid fides efficiat, quid Charitas & opera. Cap. 4. De factorum origine & efficacia. Cap. 5. De Charitatis & fidei collatione ipſiuſque charitatis excellentia.

III. De regeneratione ac manducatione ſuperna, & de regno Antichriſti lib. 4, propoſita.

Lib. I. De orbis perditione & Chriſti reparatione. *ſecunda libri pars*, de cœleſti, terreſtri, ac infernali ſatanæ & Antichriſti poteſtate, & de noſtra victoria.

Lib. II. De circumciſione vera, cum reliquis Chriſti & Antichriſti myſteriis, omnibus jam completis: *in duas partes diviſus*.

Lib. III. De miniſteriis Eccleſiæ Chriſti & eorum efficacia: *in quo continentur*; De prædicationis Evangelii efficacia, de Baptiſmi efficacia, de Cœna Domini.

Lib. IV. De ordine myſteriorum regenerationis.

IV. Epiſtolæ triginta ad Ioannem Calvinum Genevenſium concionatorem.

V. Signa ſexaginta Regni Antichriſti & revelatio ejus jam nunc præſens.

VI. De myſterio Trinitatis ex veterum diſciplina ad Philippum Melanchthonem & ejus collegas apologia. Omnia hæc impreſſa ſunt a. 1553 Viennæ Allobrogum in 8°. paginis 734. Aſſervatur unum ejus exemplar in Bibliotheca Illuſtriſſimi Principis Haſſiæ, quæ eſt Caſſelis. Vocatur liber is à quibusdam, ſecunda editio librorum de Trinitatis erroribus: verùm multa in eo auctor immutavit, auxit, & emendavit; prout mihi patuit, cùm utroſque codices inter ſe contuliſſem. Huic ſecundæ editioni librorum ſuorum in fronte præpoſuit Servetus hanc ex Apoclypſeos cap. XII. 7. ſententiam: *Factum eſt in cœlo prælium magnum: Michaël & Angeli ejus pugnantes cum Dracone.*

In-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Inde videtur manaſſe, quod ſcribitur, eum ſe dixiſſe eſſe Michaëlem Archangelum. Hos libros fertur Calvinus curaſſe flammis aboleri.

Notanda hic etiam veniunt Alfonſi Lincurii præf. quinque librorum Declarationis Jeſu Chriſti Filii Dei, verba hæc: *Servetus alias Rennes dictus, multa in Gallia & Germania paſſus, Venetias abire cogitabat, ut univerſum Vetus Teſtamentum commentariis illuſtraret, niſi Genevæ in transitu exuſtus fuiſſet. Sermones multos editurus erat, ſub iis ſi fallor, titulis; de vera ſcripturarum intelligentia, de origine defectus ab Apoſtolica doctrina, de potentia veritatis, de vera unius Dei cognitione, de errore Triadis, de Verbo & Spiritu ſancto, de exaltatione hominis Ieſu, de natura & miniſterio angelorum, de zelo & ſcientia, de efficacia fidei, de vi charitatis, de corpore, anima & ſpiritu, de natis & regenitis, de vocatione & electione, de præſcientiâ & prædeſtinatione, de humanis operibus & ceremoniis, de baptiſmo aquæ & ſpiritus, de cœna Domini, de peccato & ſatisfactione, de juſtificatione, de timore & amore Dei, de vera eccleſia, de capite & membris, de dormitione ſanctorum, de reſurrectione mortuorum & viventium immutatione, de die judicii, de beatitudine electorum, &c.*

MARTINUS CELLARIUS, qui poſtea BORRHAUS vocatus eſſe dicitur, Stuggardianus Germanus, natus a. 1499, obiit a. 1564, 5. Id Octob. Innotuit ab anno 1520. De eo Miniſtri Sarmatiæ & Tranſylvaniæ lib. 2. de falſa & vera Dei cognitione, cap. 1. hæc ſcribunt: *Luthero & Zwinglio dedit* [ nimirum Deus ] *referendos & juſtificationis & rei ſacramentariæ fructus. Martino verò Cellariò, Serveto & Eraſmo Roterodamo, fructus alios præcipuos cognitionis veri Dei & Chriſti: eodem enim tempore his de rebus ſcripſerunt.* Item: *Oportet adhuc modicum varios Antichriſtos in reformatis eccleſiis regnare, qui tamen Dei verbo deſtituti, propediem una cum ſuis partubus, uti Capnio & Cellarius prædixerunt, perituri ſunt.* Et lib. 1. cap. 3. *Quid Martinus Cellarius non eſt molitus, ut iſtas fores poſteritati aperiret? ejus ſcripta legito.* De eodem ſcribit Fauſtus Socinus ad Petrum Statorium Luclavienſem paſtorem a. 1590, 15. Octo-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

bris: *Mitto ad te Borrhai tantum teſtimonia, olim à Lælio patruo meo collecta, tametſi ſcio multo plura ex illo ejus libro colligi potuiſſe, ſed eum librum non habeo, nec plura adſcribenda curare, præ temporis anguſtiâ, potui, alias, quod, ut ſpero, ſatis in tempore erit, aliorum teſtimonia mittam. Interim ea quæ Zuinglii habes, & hæc Borrhai, ſatis tibi eſſe debebunt.* &c.

Scripſiſſe eum cùm adhuc cum Anabaptiſtis ſentiret, refert Hornbeeck in ſumma controverſiarum. Cæterùm edidit

Scriptum de operibus Dei, Argentinæ, a. 1527. ex quo homiliam de reſtauratione Eccleſiæ ediderunt Miniſtri & Seniores eccleſiarum conſentientium in Tranſſylvania, Albæ Juliæ 1568, 4°.

Præterea ejuſdem ſunt; (ut prætercam opera ejus Philoſophica, cujusmodi ſunt, In Coſmographiæ elementa commentatio Aſtronomica; Geographica. Baſileæ, 8°. De cenſura veri & falſi, libri 3. Baſileæ. 1541. In Ariſtotelis Polit: libros octo, annotationes, Baſil. 1545. ςοιχεῖα Mathematica, Pariſ. 1550. Commentarii in tres libros Ariſtotelis de arte dicendi, Baſileæ, a. 1551.)

Commentarii in Eccleſiaſten, Baſileæ a. 1539.

De veteris & novi hominis ortu atque natura, axiomata, Baſil. 1548.

De uſu quem deſperabundi Franciſci Spiræ exemplum & doctrina adferat, judicium: excuſum cum Spiræ hiſtoria Baſileæ a. 1550.

De ortu, natura, uſu atque diſcrimine eorum jubileorum, quos Deus inſtituit, quidque inter hos & falſos ab adverſario confictos interſit. Pariſ. 1550.

Commentaria in quinque libros Moſis. Baſileæ 1555.

In libros Joſuæ, Judicum, Ruth, Samuelis & Regum.

In Eſaiam & Apocalypſin, in Jobum, in Eccleſiaſtem commentarii recogniti: ſingula Baſil. fol.

LUDOVICUS HEIZERUS Bavarus, fuit è ſocietate Anabaptiſtarum (ut vulgo audiunt) Moravarum. Docuit ſolum Patrem eſſe ſummum Deum: Chriſtum non eſſe æqualem Deo Patri, ſed eo longè inferiorem, nec

nec ejuſdem cum eo eſſentiæ: In uno Deo non eſſe tres perſonas; Deum enim nec eſſe perſonam, nec eſſentiam, nec quicquam eorum quæ nominantur: venerationem imaginum exiſtimavit idololatriam & fornicationem. Prout id patet ex Chronico M S. Fratrum Moravorum, & Sebaſtiano Franck. Ob hæc dogmata decollatus eſt anno. 1529, die 4 Februarii.

Liber contra Chriſti Deitatem à Zuinglio ſuppreſſus. Et quanquam alius hujus nominis fuerit, credo tamen ad hunc pertinere, quod ſub nomine Ludovici Hezer in Bibliotheca Geſnero-Scinlero-Friſiana lego, ut ſequitur:

Scripſit libellum contra uſum imaginum in templis, Latinè, verùm abſque auctoris nomine editum.

Idem prophetas majores atque minores ex Hebræâ in Germanicam linguam tranſtulit.

JOHANNES CAMPANUS, vel Clivienſis, vel Juliacenſis, Wittebergæ docuit, floruitque a. 1530 & 1532.

Scripſit contra myſterium Trinitatis, & Spiritus Sancti æternitatem: vel, ut ajunt, eum non eſſe perſonam diſtinctam à Patre.

MATTHÆUS GRIBALDUS Italus, Juriſconſultus Patavinus, pagi Forgiarum Dominus. De eo Beza ſcribit: *Fuit quoque in hac cohorte* [Alciati nimirum, Gentilis, & Blandratæ. aº. 1558.] *penè veteranus, Gribaldus juriſconſultus*. Idem in vita Calvini teſtatur, eum ſupplicium, quod ipſi propter religionem præparatum erat, morte præveniſſe. Mortuus eſt ante annum 1567, prout patet ex ſæpius memorato libro Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſylvaniæ, qui hoc anno in lucem prodiit, ubi lib. 11. cap. 1. hæc leguntur; *Lege & Calvini in Servetum, Caſtalionem, & Franciſcum Baldvinum convicia: Bezæ quoque in eundem maledicta & lædorias, in Eſhuſium, præterea in Alciatum & Blandratam: & poſtremò in demortuos etiam plurimos, præſertim in Origenem incomparabilem, atque in Eraſmum noſtri ſeculi ornamentum, in Ochinum virum optimum, Liſmaninum, Matthæum Gribaldum, Valentinum Gentilem, & Lælium Sozzinum.* &c.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Imò mortuus eſt antequam Valentinus Gentilis in Sabaudiam anno 1566. rediret, qui tunc eum adhuc vivere putabat.

Methodus & ratio ſtudendi in jure civili lib. 3. Lugduni a. 1544. & 1556.

Commentarii in pandectas juris, Lugduni.

Comment. in legem, de rerum miſtura, & de jure fiſci, excuſ. in Italia.

Hiſtoria Franciſci Spiræ, (cui a. 1548. familiaris aderat) ſecundum quæ ipſe vidit atque audivit. Baſileæ a. 1550.

Recentiores Jurisconſulti ſingulis diſtichis comprehenſi, Baſileæ 4o.

Commentarii in aliquot præcipuos Digeſti infortiati Novi, & codicis Juſtinianei titulos atque leges, utiliſſimis concluſionibus illuſtrati; nunc primùm ſingulari opera ac induſtria Conradi ab Offenbach, unà cum annotationibus ejuſdem editi. Francofurti fol.

Scriptum, in quo ait, ſe tres æternos Spiritus, non confuſos Spiritus, ſed gradu numeroque diſtinctos pia mente complecti; Deum Filium & Spiritum Sanctum, uni ſummo Deo & Patri rerum omnium authori ita ſubordinare, ut omnis ratio Deitatis, & Filii & Spiritus Sancti, aliorumque cœleſtium Spirituum, ad unum illum ſolum Deum Patrem origine carentem & à ſeipſo Deum, tanquam ad unicum fontem & caput omnis eſſentiæ & divinitatis meritò referatur.

LÆLIUS SOCINUS Italus, Senenſis Patricius, Mariani Socini junioris filius. Natus a. 1525. Circa annum 1546. inſtituerat cum ſociis ſuis itidem Italis, quorum numerus quadragenarium excedebat, in Veneta ditione, collegia colloquiaque de religione, in quibus potiſſimùm dogmata vulgaria de Trinitate ac Chriſti Satisfactione, hisque ſimilia, in dubium revocabant. Memorantur autem in hac ſocietate fuiſſe, Leonardus Abbas Buſalis, (qui, prout Miniſtri Sarmatiæ & Tranſiluaniæ lib. 1. cap. 3. teſtantur, patriâ ob religionem exactus, vitam arte ſarcinatoria Damaſci traducendo, finire coactus eſt) Lælius Socinus, Bernardinus Ochinus, Nicolaus Paruta, Valentinus Gentilis,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

ilis, Julius Treviſanus, Franciſcus de Ruego, Jacobus le Chiari, Franciſcus Niger, Darius Socinus, Paulus Alciatus &c. Hac re palam facta, gravi obruti ſunt perſecutione, & quibuſdam capitis ſupplicio affectis, cæteri diſperſi vitam præſentiſſimo periculo ſubducentes, patriâ exceſſêre, ac in diverſas oras ſe contulêre. Ex his & memoratus Lælius Socinus fuit, qui patriâ relictâ, Helvetiâ, Galliâ, Britanniâ, Belgio, Germaniâ, Poloniâ, peragratis, non paucis, in his regionibus, doctrinas receptis dogmatibus contrarias, ſenſim inſtillavit. Qua de re Zanchius in præfatione libri de tribus Elohim, tale perhibet teſtimonium: *Quum refutarem* inquit, *Lælii Socini impiam interpretationem in primum caput Evangelii ſecundum Iohannem: idcirco ſubticui ejus nomen, & nebulonem tantum vocavi: propterea quod neque certò ſciebam, hunc fuiſſe illius commentarioli auctorem, neque tum legeram ejus nomen in libris adverſariorum expreſſum. Nunc quia res eſt nimis manifeſta, & illum Servetiani in numerum ſuorum ſanctorum piorumque (ſcilicet) doctorum retulerunt: Ego quoque id tibi, Lector, notum facio. Fuit is Lælius, nobili honeſtaque familia natus: bene Græce & Hebraicè doctus; vitæque etiam externæ inculpatæ: quarum rerum cauſa mihi quoque interceſſerat cum illo non vulgaris amicitia; ſed homo fuit plenus diverſarum hæreſium: quas tamen mihi nunquam proponebat, niſi diſputandi cauſa: & ſemper interrogans, quaſi cuperet doceri, Hanc verò Samoſatenianam in primis annos multos fovit: & quoſcunque porrò potuit in eundem pertraxit errorem. Pertraxit autem non paucos. Me quoque, diverſis, ut dixi, tentavit rationibus, ſi eodem poſſit errore ſimul & æterno exitio, ſecum involvere: quemadmodum fecerat etiam antea Matthæus Gribaldus & alii.* Hæc Zanchius d. l. Haud abludunt nonnulla quæ hic proferuntur, ab elogio quod ipſi Miniſtri Sarmatiæ & Tranſilvaniæ hoc pacto tribuunt: *Quid dicemus de Lælio Sozzino Senenſi, Hebraici ſermonis peritiſſimo, cujus ſcripta per manus piorum nunc volitant, viro irreprehenſibili, & qui diu verſatus fuerat Vitebergæ, Genevæ, & Tiguri, cum omnium admiratione.* Libro I. de falſa & vera unius Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti cognitione,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

cap. 3. Porro Hornbeeckius in Summa Controverſiarum
„ ſcribit; Philippum Melanchthonem pro eo apud Maxi-
„ milianum II. Imperatorem & Sigiſmundum Regem Po-
„ loniæ interceſſiſſe, ut eorum nomine Legati vicem
„ Venetiis obire, eaque ratione paternam hæreditatem,
„ ſibi, ob conſuetudinem cum Proteſtantibus in Germa-
„ nia intercluſam, tutius adire liceret. Is primus fuit,
„ qui hoc ævo, ſententiam de perſona Chriſti, quam fra-
„ tres Poloni, qui Socinianorum nomine audiunt, pro-
„ pugnant;* in lucem protulit: prout teſtatur Fauſtus So-
„ cinus contra Eutropium cap. 4. & alibi. Qui plura de vita actiſque ejus cognoſcere avet, adeat Fauſti Socini, ex fratre ejus nepotis, vitam, à Samuele Przypcovio concinnatam. Deceſſit Tiguri anno 1562, die 16 Maji.

Contra libellum Calvini, in quo oſtendere conatur hæreticos jure gladii coërcendos eſſe: per dialogos inter Calvinum & Vaticanum. a. 1554.

Idem tractatus, in Hollandiâ denuò eſt impreſſus. a. 1612. 8°. Adjunctis nonnullis ad Hiſtoriam Serveti ſpectantibus, ut & aliquot Caſtalionis epiſtolis.

Idem Belgice, ibidem a. 1613. In 4°. Scriptum id vulgò Caſtalioni tribuitur, prout etiam in præfatione hujus poſterioris editionis fit; Cloppenburgius tamen aſſerit Lelium Socinum eſſe auctorem, in Compendioli Socinianiſmi confutati præfatione, in qua de origine & progreſſu Socinianiſmi (ut vocatur) agit: ubi poſtquam de Serveti nece egit, hæc ſubjungit; *Quod adeò Lælium Socinum malè habuit ut ab ipſo prodierit, (poſt editam anno* 1554, *à Capellione farraginem illam, quæ præ ſe fert Martini Bellii præfationem de Hæreticis an ſint perſequendi,) eodem anno excuſum, & libro Calvini (poſt Serveti mortem de Servetano negotio edito) oppoſitum, acerbiſſimum ſcriptum, forma Dialogi inter Vaticanum & Calvinum: quod (in Hollandia Latine recuſum, nec non vernaculè editum, anno* 1612) *vulgo tribuitur Caſtellioni.* Hornbeeckius etiam Lælium Socinum auctorem hujus opuſculi eſſe arbitratur: in ſumma Controv.

De Sacramentis diſſertatio ad Tigurinos & Genevenſes: ſcripta a. 1560. edita a. 1654. 12°.

De

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

De reſurrectione corporum, MS. Anno 1654, 12°. Impreſſum eſt Lælii Socini de reſurrectione deſcriptum ex D. Curcellæi excerptis, qui ex ipſo Lælii Socini autographo hæc deſcripſerat.

Idem Belgicè Lælio Socino adſcriptum, ſub hoc titulo: **Van de opſtandinge deeſer Lichaamen.**

Idem Germanicè. *Von der aufferſtehung der Leiber.*

De Hæreticis capitali ſupplicio non afficiendis, ſub nomine Mini Celſi Senenſis: quod opus quidam adſcribunt Fauſto Socino; ſed longè veriſimilius eſt Lælii eſſe. Secunda hujus libri editio prodiit a. 1584. 8o. opera Valentis Titi Ligii, cum ejuſdem epiſtola dedicatoria ad Chriſtophorum Cnipium Saxonem. Adjunctæ ſunt huic libro ejuſdem argumenti, Theodori Bezæ & Andreæ Dudicii epiſtolæ duæ contrariæ: quarum prior ſcripta Genevæ 18 Junii 1570. poſterior Cal. Aug. 1570,

Rhapſodia in Eſaiam prophetam. Citatur hoc ſcriptum à collectore ſylloges locorum de Trinitate.

Paraphraſis in initium Evangelii S. Johannis, ſcripta a. 1561. prout teſtatur Fauſtus Socinus libri contra Eutropium ,, cap. 4. ubi hæc leguntur: *Itaque cùm vel noſtri homi-* ,, *nes vel qui noſtri eſſe exiſtimantur, ipſum Iohannem loquentem* ,, *faciunt, & paraphraſi utuntur, vocem* ſui *reticent. Quemadmo-* ,, *dum in ea paraphraſi factum eſt, quæ anno* 1561. *ab eo ipſo* ,, [in margine appoſitum eſt, *Lælius Socinus*] *ſcripta fuit, qui* ,, *ſententiam, quam de Ieſu Chriſti perſona amplexi ſumus, pri-* ,, *mus omnium hac ætate noſtra (quod ſciamus) ex ſacris literis* ,, *docuit. Sic enim in ea legitur;* In Evangelii principio erat ,, Dei ſermo, *&c. & in ſcripto illo, ubi adverſarius legit* ,, *eam interpretationem verborum*, & Deus erat Verbum, ,, *quam, ut noſtram tantopere vituperat, paulò ante hæc ver-* ,, *ba extant;* Dicit ergo Johannes, In principio Evangelii ,, erat Sermo, *&c.* Hæc F. Socinus d.l. An præter hanc paraphraſin (quam hactenus nondum mihi videre contigit) Lælius Socinus explicationem in primum caput Evangelii S. Johannis ſcripſerit, mihi non conſtat: prout etiam, quisnam ſit auctor hujus ſcripti, ex quo Fauſtus Socinus ultimò allegata verba produxit. Nam in his initii Evangelii S. Johannis explicationibus, quæ nunc extant, ea non reperio.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Prodierunt autem circa memoratum tempus, duæ explicationes in initium Evangelii S. Johannis: quorum alterius exordium eſt tale; *Cum plerique abutantur hoc Ioannis capite ad hominum commenta ſtabilienda, de Filio Dei Chriſto, quem fingunt æternum, bis genitum, duarum naturarum, incarnatum; hocque contra omnem veritatem faciant, quo non tantum tota Scriptura de Chriſto Filio Dei obſcuratur, corrumpitur, atque pervertitur; ſed etiam ille Chriſtus Dei Filius à Moſe, Prophetis, & in toto veteri teſtamento prænunciatus, & à piis omnibus ſemper ante exſpectatus, qui poſtea de Spiritu ſancto conceptus, ex Maria natus, pro nobis paſſus & mortuus, funditus exſtirpatur. Quin & ſecundus Deus introducitur, ad abolendum, ſolum, verum, altiſſimumque Deum Patrem Chriſti. Quare ne pii patiantur ſe abduci ab illo uno, ſoloque Deo Patre, & à Chriſto etiam, unico ejus Filio, quem nobis Pater de cœlo commendavit; breviter ſummas tantum rerum in hoc capite controverſarum attingam, &c.* Porrò altera explicatio, ſic incipit; *Quoniam (ut in epiſtola ad lectorem monuimus) quæ dicenda ſunt, ut majore ex parte nova, & noſtro ſeculo inaudita, ſuſpecta fortaſſe prima fronte videbuntur, paucula quædam præfari viſum eſt, quæ ſcilicet, & ſuſpicionem tollere, & ſimul ad ea intelligenda non mediocriter conferre poſſint.* &c. Harum explicationum prior reperitur in libro Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſilvaniæ de falſa & vera Dei cognitione, anno 1567. Albæ Juliæ excuſo, ubi conſtituit libri ſecundi caput undecimum. Poſterior verò cum alias, tum in Bibliotheca fratrum Polonorum Unitariorum, inter Fauſti Socini opera, impreſſa eſt. Utramque earum Franciſcus Junius, tertiæ ſuæ defenſioni Trinitatis, inſeruit. Verùm non tam auctæ ac emendatæ, prout in memoratis codicibus leguntur, in manus ejus pervenêre. Earum priorem typis impreſſam, poſteriorem verò tantum Ms. (quam tamen accuratius exaratam dicit eſſe,) adeptus eſt. Hæc poſterior, in Polonicam linguam tranſlata eſt prout id patet ex Fauſti Socini verbis, quæ leguntur in libro contra Eutropium cap. 4. hoc pacto: *Hæc
„ autem quæ hic de Ieſu Chriſti Evangelii principio diximus,
„ potuit Adverſarius in ſcriptis legere noſtrorum hominum
„ ante annos plurimos editis, ſi ita in ipſis verſatus eſt, ut*

„ *videri*

,, *videri vult. Idque in eo ipſo loco, ubi fortaſſe legit verbum*
,, *ſui ad Evangelii verbum additum. In ea videlicet expli-*
,, *catione primæ partis primi cap. Ioh. quæ annos ab hinc cir-*
,, *citer viginti duos Latinè conſcripta, & poſtmodum edita mox*
,, *Polonicè quoque* παραφραστικῶς *converſa atque edita fuit.*
,, *Sic enim ibi ſcriptum eſt:* In principio erat Verbum; Hoc eſt
,, Chriſtus Dei Filius in principio Evangelii ſui, eo nimirum
,, tempore, quo Johannes Baptiſta ad frugem Iſraëliticum
populum revocare cœpit, &c. Hæc omnia in explicatione
illa cujus initium eſt, *Quoniam quæ dicenda ſunt*, &c. ad
verbum repériuntur: excepto quod particula *ſui*, non le-
gatur in poſtrema editione; id verò ideo, quod in ea non nul-
la ab auctore immutata ſint. Interpres Polonicæ verſionis
Gregorius Pauli fuiſſe perhibetur: cujus explicationis tunc
temporis Poloni Lælium Socinum auctorem eſſe arbitraban-
tur. Quod etiam ex Budzinio patet, qui operis ſui Hiſtorico-
Chronologici cap. 31. ſcribit, allatam fuiſſe in Poloniam an-
no circiter 1565. Interpretationem primi capitis Evangelii
S. Johannis, de qua dicit ſe non dubitare, quin fuerit Læ-
lii Socini: allegat verò ex ea nonnulla, quæ in proximè
memoratum ſcriptum optimè quadrant. Porro Fauſtus
Socinus, hujus explicationis, quæ in Polonicum fu-
it tranſlata, atque à Polonis, ut & à Beza præfat. in A-
cta Valentini Gentilis a. 1567. & Zanchio præfat. in lib.
de tribus Elohim a. 1572. Lælio patruo ſuo tribueba-
tur; ſe auctorem eſſe aſſerit: ſic enim ipſe ad Morſtini-
um epiſtola 2. ſcribit: *Labores mei hactenus editi ſunt*
*iſti. &c. Explicatio initii Evangelii Iohannis quæ Polonicè*
*quoque fuit edita, multò antequam huc advenirem.* Ad Du-
dithium autem anno 1580. *Neſcio inquit, an unquam o-*
*culis tuis oblata ſit, brevis quædam explicatio initii primi*
*capitis Iohannis, à Zanchio & Beza, & ex parte à*
*Polonis iſtis, Lælio aſcripta: ea verò jam ante an-*
*nos octodecim, ex officina noſtra prodiit.* Cloppenburgi-
us tamen illam, quam Miniſtri Sarmatiæ & Tranſylva-
niæ ediderunt, teſte Zanchio dicit eſſe Lælii Socini:
alteram verò (hanc nimirum de qua modò egimus) à
ſummo priori adjunctam, Fauſti. Similiter & Hornbeeckius
eandem eſſe putat quam Zanchius refutat; cum ea quam

dicti Miniſtri in lucem emiſerunt.In ſummâ Controv. Sed hallucinantur atque diſtinguunt non diſtinguenda: eadem enim eſt quam Zanchius lib.6.de tribus Elohim cap.2.refutat,cum illa quam Junius ſecundo loco poſuit:illa nimirum, quæ incipit, *Quoniam quæ dicenda ſunt*, *&c.* quam, non immerito, (prout vidimus) Cloppenburgius Fauſto adſcribit. Porrò Petrus Melius in ſecunda diſputatione Albana a. 1568, Lælio Socino (quem dicit ſe noviſſe cùm eſſet Witembergæ) adſcribit has ſequentes explicationes: 1. Principium, pro initio prædicationis. 2. Habere gloriam apud Deum ante mundum conditum, pro deliteſcere in mundo. 3. Deus erat Verbum, i.e. præſcientia aut imaginatione, ſicuti creaturæ. 4. Verbum caro factum eſt, ita dici poſſe, ut illud: Qui cùm eſſet dives, factus eſt pauper. 5. Unigenitum, i.e. obumbratione virtutis Altiſſimi, per Spiritum Sanctum conceptum. Prima in utramque memoratarum explicationum convenit. Porrò ſecunda, tertia, & quinta, κατὰ τὸ ῥητὸν in neutram. Quarta in ſolam illam quæ incipit, *Cùm plerique abutantur*, &c. Ex his, ut & ex illis quæ ſupra ex Fauſto Socino allegavimus, patet, nos hodie Lælii Socini opere, in S. Johannis Evangelii initium, carere. Quod, quo pacto interciderit, aut ubinam adhuc lateat,penetrare nondum potuimus. Prout etiam,quiſnam ſit auctor hujus explicationis,quæ Miniſtrorum Sarmatiæ &Tranſylvaniæ libro de falſâ & vera uniusDei &c.cognitione,inſerta eſt.Nam non eſſe Lælii Socini fœtum arguit cum ſtyli ab aliis ejus ſcriptis diverſitas,tum etiam,quod in ea tales opiniones,& quorundam ſacræ ſcripturæ locorum explicationes proponuntur, quæ diſcrepant à Lælii ſententiis, & ab interpretationibus quas ei proprias fuiſſe, immò ab ipſo adinventas, Fauſtus Socinus teſtatur. Konigius in Bibliotheca Veteri & Nova, tribuit Blandratæ Commentarium in cap. 1. Johannis; qui an idem ſit, cum eo, de quo nunc agimus, certò affirmare non auſim; quamvis certum ſit, Blandratam primarium auctorem eſſe memorati libri de falſâ & vera unius Dei cognitione. Prodiit etiam anno 1623, 4°. linguâ Belgica, quædam brevis explicatio initii Evangelii Johannis, quæ incipit;



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

**Naademaal ick/ als oock andere Apoſtelen en diſcipelen Chriſti gedaan hebben** / &c. Id eſt *Quoniam ego prout & cæteri Apoſtoli ac diſcipuli Chriſti fecerunt*, &c. Hujus etiam quis auctor ſit, nondum mihi conſtat: nam illa Belgica quæ edita eſt, anno 1664, 8°. ſub nomine Fauſti Socini; eſt illa cujus exordium eſt, *Quoniam quæ dicenda ſunt.* Quam à Fauſto Socino conſcriptam eſſe, nos etiam, ob ſuperius allegatas rationes, non dubitamus.

Emiſſi ſunt etiam in lucem, ab Italis illis, quos in ditione Veneta collegia, ad ſacræ ſcripturæ ſenſum indagandum, inſtituiſſe memoravimus, ſequentes tractatus. Quos hic ſub Lælio Socino, qui dictorum Italorum magna pars fuit, viſum eſt collocare.

Articuli Fidei.

Theſes de Deo trino & uno, al. de Trinitate; prodierunt in lucem circa a. 1562. niſi forte eædem ſint Theſes quæ Nicolao Parutæ tribuuntur, qui etiam unus fuit ex memorata cohorte. Neſcio verò an hæ ſint Theſes, quæ impreſſæ ſunt a. 1568, in fine diſputationis Albanæ: cujus præcipuus interlocutor fuit Georgius Blandrata, itidem Italus.

Voces ambiguæ in Sacra Scriptura; quarum præcipuæ fuiſſe feruntur. *Principium*, *creare*, *facere*, *mundus*, *Deus*, *omnia*, &c. Budzinio teſte. Hæ non dubito quin eæ ſint, quæ in calce libri Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſylvaniæ reperiuntur: Blandratâ (ut jam diximus) potiſſimùm auctore concinnati.

NICOLAUS PARUTA Italus. Fuit inter eos qui circa annum 1546 in agro Veneto prope Vincentiam congregationes de rebus ſacris habebant, donec perſecutione diſpergerentur: prout ſub Lælio Socino retulimus.

Theſes. Meminit earum F. Socinus ſcribens contra Eutropium, & Beza (ut conjicio) ſuppreſſo licèt nomine, Præfat. in acta V. Gentilis. Perquam veriſimile eſt eaſdem has Theſes eſſe, cum iis de quibus ſupra ſub Lælio Socino egimus.

Epiſtola ad Staniſlaum Lubomirſcium ſuperintendentem eccleſiarum minoris Poloniæ, agens de ceremonia



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Baptiſmi a. 1574. M S. Qua in re ſententiam Parutæ hanc ſimile refert Budzinius: nimirum, *baptizandos eſſe ad eccleſiam accedentes, ob evitanda pericula propter ceremoniam, non inquirendo an hæc rebaptiſatio ſit neceſſaria ad conſequendam ſalutem.*

JOHANNES VALENTINUS GENTILIS Conſentino-Campanus ex regno Neapolitano. Budzinius cap. 27, refert eum Senem jam fuiſſe, cùm à Genevenſibus perſequeretur. Quorum opera captus, in oppido nomine Gajum in carcerem conjicitur: unde cùm evadere non poſſet, quod eſſet pauper, à ſocio ſuo Paulo Alciato redimitur. Quem, utpote locupletem, prætereà verò nobili genere ortum, immo & militem, ſimili modo non audebant aggredi. Ambo hi circa annum 1562, in Poloniam venerunt. Unde poſtea Gentilis in Sabaudiam remeavit: ubi iterum captus, examinatur an adhuc in opinione ſua perſeveraret? illo fatente, decollatur, Bernæ anno 1566. Sententia ejus, quam in Polonia in Synodo Pinczoviæ anno 1562, die 4 Novembris celebratâ, propoſuerat, hæc fuit; *Deum creaviſſe in latitudine æternitatis, Spiritum quendam excellentiſſimum, qui poſtea in plenitudine temporis incarnatus eſt.* Prout idem Budzinius d. l. teſtatur.

Confeſſio illuſtriſſimis Dominis Genevenſibus oblata a. 1558.

Item altera confeſſio, juſſu illuſtrium Dominorum exarata, &c. a. 1558. quæ extant impreſſæ in Actis Gentilis, fol. 3 —— 13. a. 1567. 4o.

Antidota M S.

Confeſſio de Trinitate, cui præfixa eſt præfatio, ſub typographi Theophili nomine ad filios eccleſiæ: illi additæ protheſes, (quarum hic eſt titulus in Actis Gentilis: *Protheſes Valentini Gentilis.* —— *Quia tamen argutulus ſibi viſus eſt earum author, ſive Gribaldus, ſive alius quiſpiam ſimilis*, &c.) & criminationes in Athanaſium: impreſſa Lugduni licèt Antverpiam præferant. Budzinius d. l. memorat eum Confeſſionem brevem cum annotationibus in ſymbolum Athanaſii, Lugduni editam, dedicaſſe Præfecto memorati oppidi Gaji, à quo, operâ Alciati, è carcere emiſſus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

miſſus fuit. Quamobrem Præfectum hunc Bernatibus ſuſpectum fuiſſe: ideoque dum purgare ſe cupit, Gentilem in Sabaudiam reducem, iterum comprehendiſſe, atque Bernatibus (quorum juriſdictioni ſubjacebat) poſcentibus, ad eos eum miſiſſe. Ubi, præter Præfecti hujus opinionem (qui ægrè ferebat eum in Sabaudiam rediiſſe) capitis ſupplicio afficitur.

Liber propriâ manu ſcriptus, "dedicatuſque Poloniæ Regi
„ Sigiſmundo, unà cum prolixâ præfatione ad eundem. In
„ hoc libro univerſa ejus doctrina eſt comprehenſa,quamvis
„ diceret locupletiorem haberi deſcriptam à Blandrata. Poſt
„ præfationem repetit ſuas confeſſionesGenevæ exhibitas an-
„ tequam revocâſſet:ex quibus confeſſionibus quùm ultima
„ eſſet confutata à Genevenſibus, ſubjecit ipſe confutationi
„ huic libellum Antidotorum, quem Lugduni pridem com-
„ poſuerat. Inde refutat cap.13,lib.1.Inſtitutionum Calvini,
„ quo loco negotium Trinitatis,ut hactenus in omnibus ec-
„ cleſiis traditum eſt, in ſolidùm damnat. His ſubjecit pro-
„ theſes ex Auguſtino,præſertim ex quindecim libris de Tri-
„ nitate, quas unà cum auctore optimo rejicit, ac calum-
„ nioſè traducit. Adjecit nova collectanea ex Scripturâ,Patri-
„ bus, & Alcorano, pro ſua ſtabilienda ſententia. Demum
„ annotationes ſuas in Athanaſium ad calcem libri addidit.
„ Hæc excerpſi ex hiſtoria Valentini Gentilis. Memoratæ protheſes ex Auguſtino, videntur eſſe illæ quæ impreſſæ ſunt in opere Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſilvaniæ de falſa & vera cognitione Dei, lib. II. cap.6.

Carmina ipſius manu ſcripta de Trinitate.

Libellus Italicus etiam, & ſimilis Latinè compoſitus de Chriſti incarnatione, reperti ſunt inter ſcripta, quæ penes ſe habuit: an verò iidem eum agnoſcant auctorem, mihi incompertum eſt

JOHANNES PAULUS ALCIATUS Nobilis Italus, è Pedemontio, aliis Mediolanenſis. Fuit è Societate illorum Italorum, de quibus ſub Lælio Socino egimus: poſtea Valentini Gentilis (quem è carcere redemerat) circa an. 1562, in Poloniam comes. Unde poſtea in Moraviam eodem comite conceſſit. Obiit Gedani, prout teſtatur Martinus Buccrus in epiſtola ad AbrahamumCalovium,

ſcripta

ſcripta Gedano a. 1640. & impreſſa in priori centuria ſelectarum epiſtolarum Buari, Amſtelod. 1677. ubi hæc refert; *Tu noris Alciatum in hac urbe, vitam per aliquot annos, Chriſtiano ritu, ſingulari cum pietate exegiſſe, & moriturum animam Chriſto ſervatori commendaſſe.* Quod porrò teſtimonnis confirmat, & nonnulla alia de eo ibidem narrat.

Epiſtolæ ad Gregorium Pauli anno 1564, & 1565. Huſterlitzii datæ: quibus eum ab hac ſententiâ abſtrahere conatur, quod Chriſtus extiterit antequam ex Mariâ naſceretur.

Porrò ſcripſiſſe eum præter hæc plura de ſimili materia, innuit, cùm Budzinius cap. 27. tum Andreas Dudithius in epiſtolà ad Bezam: cujus verba cum ad ipſum Dudithium ventum fuerit, referemus.

GEORGIUS BLANDRATA Saluclenſis Italus, Ticino elapſus venit Genevam, & Genevâ, anno 1558. Calvini iram ob religionis diverſitatem fugiens in Poloniam ſe contulit. Ubi factus eſt ſenior eccleſiarum diſtrictus Cracovienſis. Verum cum nec hic quiete degere poſſet, Calvino ſcriptis ſuis eum perſequente, à Johanne Sigiſmundo Principe, circa an. 1563, evocatus, conceſſit in Tranſylvaniam atque illic egit ipſius, hinc Stephani & Chriſtophori Bathoreorum Tranſylvaniæ principum; immo & Stephani ad regnum Poloniæ jam evecti archiatrum & conſiliarium intimum. Senex vocatur tempore contentionis quam habuit cum Fr. Davidis a. 1679. Superſtes adhuc erat, quando Bellarminus ſcribebat de Chriſto, i. e. anno circiter 1585. Mortuus jam erat a. 1592, quando Socinus refellebat Wujekum; & fortaſſe jam anno 1586.

Commentarius in I. Caput Evangelii S. Johannis. Hunc ei Koingius tribuit: ſed fortè intelligit illum, qui in libro de falſa & vera Dei cognitione inſertus eſt: cujus libri (ut mox dicemus) Blandrata potiſſimùm auctor fuit.

Quæſtiones, ad quas reſpondit Calvinus, in Actis Valentini Gentilis. fol. 50 —— 56.

„ Epiſtola ad Gregorium Pauli, in quâ eum ſuo quodam
„ jure, non tantùm de illâ Pædobaptiſmi controverſia, non
„ ſatis opportunè motâ, increpat; verùm etiam apertè il-
„ lum à Tritheiſmo ad Sam oſateni dogma revocare nititur:
„ Prout Beza refert, qui epiſtolam hanc M. S^tum. ſe habere

ere dicit. Non dubito quin epiſtola hæc, eadem ſit, cum lla, cujus meminit Martinus Ruarus in Excerptorum libro MS°. quà dicit Blandratam a. 1565, ultima Novembris Alâ Juliâ Gregorio Pauli reſcripſiſſe, cumque docere conaum eſſe, nos λόγον Filium Dei ſecundum ſcripturas, niſi n prædeſtinatione, appellare non poſſe.

Epiſtola ad eccleſias minoris Poloniæ Segeſvariâ, a. 1568, 27. anuarii. MS. quam Budzinius cap. 32. Hiſtoriæ ſuæ exhibet.

Catecheſis quam mediante Parutha, in publica ſeu generali Synodo Radnothini celebrata, pronunciari & publicari curavit.

Theſes IX. de Deo & Filio ejus Jeſu Chriſto. Inſertæ ſunt ibro Fr. Davidis de Dualitate, cum ejuſdem Fr. Davidis Obſervationibus.

Aliæ Theſes ferme XXX, tribus theſibus Fr. Davidis oppoſitæ, a. 1578.

Loci aliquot inſignes, ex ſcripturis Sanctis, pro vera & ſolida Jeſu Chriſti invocatione aſſerenda, candidè depromti. Tractatus is adjunctus eſt, Judicio eccleſiarum Polonicarum de cauſa Franciſci Davidis, ab Alexandro Vitrelino conſcripto, a. 1529, eodemque anno primùm, poſt verò ſequenti. a. 1580, cum Jacobi Palæologi confutatione in lucem emiſſo in 8°..

Objectiones ad F. Socini Refutationem Theſium Fr. Davidis. Inſertæ ſunt cum Fauſti Socini reſponſione, Diſputationi ejuſdem Socini, contra Franciſcum Davidis de Jeſu Chriſti invocatione, conſcriptæ a. 1579. in lucem emiſſæ a. 1595.

Epiſtola ad Jacobum Palæologum. a. 1578. 3. Aug. Alba Julia.

—— ad eundem a. 1579, 18. Martii, Alba Julia.

—— ad eundem a. 1580, 10 Januarii, Alba Julia. Epiſtolæ hæ ex parte editæ ſunt in memorata palæologi Confutatione judicii Eccleſiarum Polonicarum a. 1580.

Epiſtola ad Reverendiſſimos Dominos, Gregorium Pauli, Georgium Schumannum, Martinum Czechovicium, & Alexandrum Vitrelinum, & cæteros Miniſtros Eccleſiæ Polonicæ Jeſu Chriſti crucifixi, à Georgio Blandrata & Fauſto Socino nomine Eccleſiæ Tranſylvanicæ ejuſdem confeſſionis ſcripta, a. 1579, In ea de negotio Fr. Davidis agitur.

Hic

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Hic ſub Blandrata collocanda eſſe duximus, ſcripta quæ in Tranſylvaniâ in lucem emiſſa ſunt: is enim ſententiam de uno Deo ac unico ejus Filio, primus in illas oras intuliſſe videtur: eamque ſub patrocinio Johannis Sigiſmundi; Principis qui eandem ſententiam ( opinione de Trinitate repudiata ) amplexus fuerat, ibidem latè propagavit. Præcipuus etiam interlocutor fuit, cum Franciſco Davidis Eccleſiarum Tranſylvanicarum Superintendente, in diſputationibus quæ ibidem ſunt habitæ. Hi igitur ſunt libri, qui è Tranſylvania illo tempore in lucem prodierunt:

Diſputatio prima Albana ſeu Albenſis, habita a. 1566. 24. Feb. impreſſa Claudiopoli eodem anno.

Demonſtratio falſitatis doctrinæ Petri Meſii, & reliquorum ſophiſtarum, per Antitheſes, unà cum refutatione Antitheſeon veri & Turcici Chriſti, nunc primùm Debreeni impreſſarum. Albæ Juliæ. 4°. In ſecunda Antitheſi, hæc leguntur: *Sed hæc fuſius in diſputatione, & in eo, qui mox ſequitur, libro de vera & falſa Dei patris, filii & Spiritus Sancti cognitione, tractabuntur.*

De falſa & vera, unius Dei Patris, Filii, & Spiritus Sancti cognitione, libri duo; Authoribus Miniſtris eccleſiarum conſentientium in Sarmatia & Tranſylvania. Albæ Juliæ 4°. *Sereniſſimo ac Pietate Clariſſimo Principi, DD. Ioanni ſecundo electo Regi Ungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Miniſtri Eccleſiarum conſentientium, gratiam & pacem precantur. Varia hæc virorum inſignium fragmenta, ab omnibus tantopere expetita, jam tandem in duos congeſta libellos, de unius Dei patris, filii, & Spiritus Sancti falſa & vera cognitione, inſtar Silenorum Alcibiadis, Majeſtati veſtræ Sereniſſimæ, abſque ullis verborum lenociniis, humiliter conſecramus.* &c. Scripta eſt hæc dedicatio, Albæ Juliæ 7. Auguſti, 1567. Cui ſubjungitur tale carmen ad lectorem:

*Nil fucata juvant, quicquid ſub imagine falſa*
*Extitit, in lucem tempora docta trahunt.*
*Ignis ſuccenſus, ſtipulas conſumet inanes,*
*Nulla Dei curſum, vis cohibere poteſt.*
*Qui ſapit expectat, verbi myſteria ſcrutans,*
*Iudicio præceps, multa pericla ſubit.*

Primo libro codicis hujus, hæc continentur:

Cap.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Cap. I. Præmonitiones Chriſti & Apoſtolorum, de abo-ndo vero Chriſto per Antichriſtum.

Cap. II. Quonam pacto Antichriſtus eccleſiam Dei, & erbi divini ſimplicitatem, ſenſim corruperit.

Cap. III. De origine & progreſſu Triadis; deque initio ophiſtices: & variis reclamatoribus.

Cap. IV. De horrendis ſimulacris, Deum trinum & num adumbrantibus.

Cap. V. Quid ſummatim doceant Sophiſtæ, & quos dei articulos proponant.

Cap. VI. Compendium librorum Auguſtini de Trinitate. lujus opuſculi Valentinum Gentilem auctorem eſſe arbitra-aur: prout ſupra innuimus.

Cap. VII. Quam varii fuerint, & inconſtantes interpre-es, & ſcripturas ad victoriam detorſerint, ex annotationi-ous Eraſmi Roterodami.

Cap. VIII. De vocibus & phraſibus portentoſis, quibus iti coguntur Tritoitæ. In hujus capitis fine eſt *Amantibus veritatis divinæ adhortatio* quæ ſic incipit;

*Mente pii fratres, Domino fidiſſima Chriſto*
*Pectora, dilectæque animæ, quos ſanguine fuſo*
*Filius ipſe Dei maledicta à morte redemit:*
*Excelſum Chriſti Patrem cognoſcite verum*
*Unum illum eſſe Deum, qui condidit omnia verbo.*
*Uniusque Dei veri cognoſcite Chriſtum*, &c.

Hoc carmen eſt Gregorii Pauli: prout colligo ex conſo-nantia cum ejuſdem carminibus ſimilis generis.

Cap. IX. De ridicula Sophiſtarum de Dei Trinitate do-ctrina.

Libri ſecundi titulus talis eſt: *De vera unius Dei Patris, unius Domini noſtri Ieſu Chriſti, quem miſit filii, & ambo-rum Spiritus cognitione.* In quo hæc continentur:

Cap. I. Quomodo Chriſtus ſuam inſtauret eccleſiam.

Cap. II. De diſcrimine Legis & Evangelii.

Cap. III. De Logo.

Cap. IV. De uno Deo Patre cum omnibus ſuis potentiis, & fidei brevis confeſſio.

Cap. V. Prima confeſſionis explicatio, ſuper illis verbis, *Hæc eſt autem vita æterna*, Ioannis 17.

Cap

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Cap. VI. Secunda explicatio de uno Deo Patre Chriſti, juxta Patrum ſententiam.

Cap. VII. Alia de Filio Dei explicatio, quæ nullum epitheton noſtro Chriſto inditum, Filio illi æterno competere poſſe probat.

Cap. VIII. Tertia de eodem Filio explicatio: contra unionem & incarnationem Sophiſtarum, & quod nullus ſit Dei Filius præter illum qui conceptus eſt de Spiritu Sancto in utero virginis.

Cap. IX. Locorum ferme omnium, ex utroque Teſtamento ſelectorum, quibus Sophiſtæ ad vocum prophanarum inanitatem retinendam, ad unitatem eſſentiæ & perſonarum Trinitatem, filiique æternam generationem aſſerendam, abuti ſolent; brevis explicatio.

Cap. X. Sophiſtarum teſtimonia de æterna filii generatione, divinitate, & ante carnem exiſtentia, ex veteri & novo Teſtamento.

Cap. XI. Brevis explicatio in primum Joannis caput: Quæ ſic incipit. *Cum plerique abutantur hoc Ioannis capite*, &c. Vide quid de ea ſub Lælio Socino (cui à quibuſdam tribuitur) annotaverimus.

Cap. XII. Brevis explicatio in primum Coloſſenſium caput.

Cap. XIII. Brevis explicatio in primum caput ad Hebræos.

Cap. XIV. Phraſes æquipollentes de Chriſto.

Cap. XV. Voces ambiguæ quæ paſſim in Scripturis reperiuntur. Vide quæ de his ſub Lælio Socino diximus.

*Hucuſque opus Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſylvaniæ.*

Brevis enarratio diſputationis Albanæ [*ſecundæ nimirum*]. de Deo trino & Chriſto duplici, coram Sereniſſimo Principe, & tota Eccleſia, decem diebus habita, anno Domini 1568. 8 Martii. Excuſa Albæ Juliæ, apud viduam Raphaëlis Hofthalteri, a. 1568. 4°. Præfationis ſubſcriptio hæc eſt, *Seniores Eccleſiarum & Miniſtri Chriſti crucifixi, conſentientes in Tranſylvania.* In Diſputatione hac ex parte Unitariorum collocutores fuerunt; Franciſcus Davidis Superintendens, Doctor Blandrata, Baſilius Paſtor Claudiopolitanus, Demetrius Hugnadinus al. Huniades, qui

qui Franciſco Davidis in epiſcopatu ſucceſſit anno 1579.) & Paulus Julenſis. Amanuenſes verò, quorum nomina in calce Diſputationis exprimuntur, hi fuerunt; Joannes Synning Maroſinus paſtor eccleſiæ Dei quæ eſt in Kereſtur Siculorum, Martinus Albanus miniſter eccleſiæ Dei in oppido Ohes, Benedictus Ovari Rector ſcholæ Albanæ, Gregorius Wagnerus Scholæ Albanæ collega. In fine adjunctæ ſunt.

Antitheſes interpretationis Melianæ in caput primum oannis. Hinc poſt Errata typographica hæc leguntur,

*Attexuimus in calce diſputationis, Theſes Antagoniſtis pro-ſitas, ut lectores totius controverſiæ cardines apertius intel-gerent, & de pædobaptiſmo quid tenendum ſit ſolidius judi-arent: Hic enim adeo acriter noſtra hac tempeſtate impetitur, t ruinam non obſcurè minari videatur.* Theſes ſunt ſeptem-ecim: Argumenta verò quibus Pædobaptiſmus impetitur, riginta & ſex. Sub finem præfationis hæc addunt: *Verùm bſecramus Lectorem, ne adeò ſit ſollicitus de hac diſputatione, um propediem noſtram evulgaturi ſimus ſententiam, exquiſi-us teſtimoniis ſcripturæ confirmatam, quo eruditiores poſſint docere, & eccleſiis conſulere.*

Antitheſis Pſeudo-Chriſti cum vero illo ex Maria nato. cujus fronte hæc leguntur *Lucæ 2. Hodie (non ante ſecula) atus eſt vobis (non incarnatus) Salvator Chriſtus Dominus in be Davidis (non in cœlo ex eſſentia Dei)* Albæ Juliæ a. 568. 4o.

Æquipollentes ex Scripturâ phraſes, De Chriſto Filio ei ex Maria nato figuratæ, quas ſi quis intellexerit, & in umerato habuerit, ad multa intelligenda in ſcripturis, ivari poterit. Albæ Juliæ a. 1568. 4.

De Mediatoris Jeſu Chriſti hominis, divinitate, æqua-ateque libellus. Item de reſtauratione eccleſiæ, Cellarii; m epiſtola præliminari Fabricii Capitonis. Hoc opus edi-m eſt Albæ Juliæ a. 1568, 4o. Miniſtri & Seniores eccleſia-m conſentientium in Tranſylvania, inſcripſerunt Gaſpari ehes Comiti in Fogaras, à conſiliis ſereniſſ. Principis, c.

Refutatio ſcripti Petri Melii, quo nomine Synodi Deecinæ, docet Jehovalitatem & Trinitarium Deum, pa-

 triarchis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

triarchis, prophetis & apoſtolis incognitum. In lucem emiſſa circa an. 1568.

Refutatio ſcriptiGeorgii Majoris,in quo Deum trinum in perſonis & unum eſſentiâ,unicum deinde ejus filium in perſonâ, & duplicem in naturis, ex lacunis Antichriſti probare conatus eſt. Auctoribus Franciſco Davidis & Georgio Blandrata: Albæ Juliæ (niſi admodum fallor) impreſſum a. 1569. Opus per diſputationes adornatum.

Refutatio Confeſſionis Petri Melii de Deo trino, facta à Miniſtris Tranſylvaniæ, tribus partibus abſoluta. Quarta parte, Stancari de Mediatore ſententia refutatur.

Diſputatio Blandratæ, vel quæ Albæ Juliæ acta ſunt coram Principe Tranſylvaniæ Chriſtophoro Bathoreo.

Fragmentum præterea aliquod vidi, quod Albæ Juliæ impreſſum videbatur, ob typorum cum typis Diſputationis ſecundæ Albanæ convenientiam, quodque in eodem volumine poſt dictam Diſputationem compactum inveni. Eſt illud,neſcio cujus operis,liber ſecundus,pars prima,incipiens à lit.K. & finiens in lit. O. continens Explicationem primi capitis S.Johannis,quæ poſt præfationem incipit:*Quoniam (ut in epiſtola ad lectorem monuimus) quæ dicenda ſunt*, &c. quamque (ut ſupra ſub Lælio Socino diximus) Franciſcus Junius, tantum manu exaratam nactus fuerat. Necdum verò reſciſcere potui, qualia ſcripta ſint quæ huic operi deſint, vel quid id præcedere, quid ſequi debeat. Illud tamen monendum, quod in fine addatur.

Antitheſis in primum Johannis caput, juxta doctrinam Sophiſtarum, quo oppoſita juxta ſe poſita magis eluceſcant.

FRANCISCUS LISMANINUS Corcyrenſis,Theologiæ Doctor,monachus Franciſcanus.Circiter anno 1546,jam erat Bonæ Reginæ(matri Sigiſmundi Auguſti Regis)à concionibus Italicis & confeſſionibus ſacris: nec non Franciſcanorum ſeu Minoritarum in Polonia Provincialis, & omnium cœnobiorum monialium regulæClaræEphorus,qui vulgò Commiſſarius dicitur: atque Parochus Chovienſis. Lælio Socino auctore (quem patriâ profugum, hoſpitio ſuo

ſuo in Polonia excepit ) cucullum depoſuit. Regiomonti, ubi apud Ducem Boruſſiæ degebat, in phreneſin lapſus, cui à juventute obnoxius erat) in puteum decidit, atque ita ſubmerſus eſt, circa annum ut colligo 1563. Budzinius cap. 6, hunc caſum narrans, dicit, cum ea de re ſcrutaretur, elatum ſibi eſſe, uxorem ejus ( quæ jam antea adulterio ſpecta erat ) hujus interitus cauſam fuiſſe.

Epiſtola ad conventum Pinczovienſem, data a. 1555, 1 Novembris. M S.

Literæ ad Generoſum Dominum Staniſlaum Ivanum arninſcium, datæ Pinczoviæ die 10 Septembris a. 561. M S. in quibus ſententiam Stancari oppugnat, multis teſtimoniis Patrum, probat, Patrem eſſe cau- m ac originem Filii, eoque majorem: porrò ſe ipſum Arianiſmo ſibi objecto purgat: Stancaro autem Sabellia- ſmum inputat. Ab hoc tempore anſa ex hac epiſto- arrepta, cœpit Gregorius Pauli, in eccleſia Cracovienſi, rtius urgere eminentiam Dei Patris: prout refert Bud- nius, qui dictam epiſtolam operis ſui hiſtorici cap. , inſeruit.

Brevis explicatio Doctrinæ de ſanctiſſima Trinitate,quam ancaro & aliis quibuſdam oppoſuit, præmiſſa ad Regem giſmundum Auguſtum epiſtola apologetica Kal. Junii 63, Cracoviæ ſcripta. Subſcripſerunt ei cum ipſo, Fe- Cruciger Superintendens eccleſiarum in minori Polo- a, aliique circiter triginta Seniores & Miniſtri: inter os erat, Gregorius Pauli Senior in ditione Cracovienſi. ologia hæc, excuſa eſt typis, a. 1565.

Pervenerat in manus meas, Calvini Commentariorum emplar, quod ex Georgii Schomani Bibliotheca prodie- , ipſi à Liſmanino donatum, cum nonnullis notis ma- Liſmanini ad marginem adſcriptis: inter quas reperi, Actorum XX. 28, ubi Calvinus Servetum vocat *Hiſpa- um canem*, ejuſmodi diſtichon Liſmanini manu appoſi- m:

*Cur tibi ſum Calvine canis? tuus efficit ardor,*
*Ne canis heu dicar, ſed miſeranda cinis.*

ANDREAS FRICIUS MODREVIUS Eques Polonus, retarius Sigiſmundi Auguſti Regis Poloniæ: Floruit circa 1546.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

De Republica emendanda libri quinque, quorum 1. eſt de moribus. 2. de legibus. 3. de bello ad Regem. 4. de eccleſia. 5. de ſchola. Cracoviæ 1551. Baſileæ 8°. & fol. 1554.

Dialogi duo de utraque ſpecie euchariſtiæ à laicis ſumendâ.

Explicatio verborum VII. Capitis. 1. ad Corinthios, & quædam alia impreſſa ſunt cum libris de republicâ emendandâ.

Libri tres, quorum primus de peccato originis. 2. de libero hominis arbitrio. 3. de providentia & prædeſtinatione Dei æterna.

De Mediatore libri tres: quibus acceſſit, Narratio ſimplex rei novæ & ejuſdem peſſimi exempli: ſimul & querela de injuriis, & expoſtulatio cum Staniſlao Orichovio Roxolano, Baſileæ a. 1562.

Sylvæ quatuor.

I. De tribus perſonis & una eſſentia Dei: ad Sigiſmundum Auguſtum Regem Poloniæ. Scripta a. 1565. menſe Decembri, Volborii.

II. De neceſſitate conventus habendi ad ſedandas religionis controverſias: ad eundem Regem, ibidem, eodem anno & menſe ſcripta.

III. De Jeſu Chriſto Filio Dei & hominis, eodemque Deo & Domino noſtro: ad Pium Papam V. ſcripta a. 1568, menſe Junio, Trepnicii.

IV. De Homouſio, & de iis quæ huc pertinent: ad Jacobum Uchanium Archiepiſcopum Gneſnenſem, Legatum natum & Primatem Regni Poloniæ. Scripta a. 1569, menſe Junio, ex acuto prato Poticaniorum. Ex ipſius auctoris autographo expreſſæ. Adjecta eſt,

Quæſtio Theologica non diſſimilis argumenti ab eodem auctore examinata: In qua quæritur, *quomodo unio divinæ & humanæ naturæ Chriſti facta ſit in perſona, non in natura; cùm tamen eædem prorſus res ſint, natura & perſona in Domino Deo noſtro?* Omnia hæc in lucem edita ſunt a. 1590, menſe Julio. in 4°.

Concinnavit opus hoc Tricius, juſſu Regis Auguſti, eo fine, ut hi qui in Polonia circa dogma de Trinitate diſſentiebant, in concordiam reducerentur; prout ipſe refert in præ-

præfatione ad Regem Sylvæ primæ præfixa. Verùm dum Regi morem gerit, indignationem aliorum incurrit, inprimis verò ipſius Pontificis Maximi Pii V. quem in præfatione ſilvæ tertiæ ſic alloquitur; *Non abs re mihi facere viſus ſum, ſi ipſe ad te has controverſias deferrem, tibique hunc librum dicarem, qui occaſionem præberet tibi eas dijudicandi: ſimulque ſtudia mea exilia tibi commendaret. De quibus tu videris ſiniſtram opinionem concepiſſe: ac propterea iis, penes quos eſt poteſtas, edixiſſe, ut me de poſſeſſiunculis meis dejicerent: fortunis everterent: ac extorrem facerent domo, foro, penatibus, congreſſu hominum. Hoccine eſt præmium bene meritorum? Hoccine humanum factum ſanctiſſime Pater?*

Ex eadem præfatione liquet, librum ejus in Germanicam, Gallicam ac Hiſpanicam linguam tranſlatum fuiſſe: hæc enim illic ulterius habentur; *Quamobrem eſt qui laudando librum meum, dicat, nullum opus ſupra mille annos exiiſſe in lucem præclarius. Alius, à condito orbe nullum aliud, in hoc quidem genere, vel veterum, vel recentiorum ſimile illi hactenus editum eſſe, contendit. Quidam etiam citans quædam ex libris meis, ait me evangelicorum omnium ferè acutiſſimum & doctiſſimum. Eſt qui, ſcribendo ad me, Tanti inquit te facio, & tua ſcripta Frici, ut ne ſyllabam quidem interire velim. Non nemo etiam ſic: Tanti ego tua omnia, & feci hactenus, & etiamnum facio, ut nullo cujuſquam præjudicio illa mihi vileſcere patiar. Hæc illi: verè an ſecus, ipſi viderint. Quid autem opus verbis, cum liber ſit in manibus. Legitur enim non tantum Latinè, ut à me ſcriptus eſt: ſed & Germanicè, & Gallicè, & Hiſpanicè.*

Memorandum etiam hic venit, auctorem, ſylvarum earum harum impreſſionem, ſæpius tentaſſe; ſed malevolos eam remoratos eſſe, atque penè opus hoc ſuppreſſiſſe. Quod ipſe, in præfatione ſylvæ quartæ, indicat: ubi hæc ſcribit: *Itaque inter me & Iohannem Oporinum conſtitutum fuerat, ut, cum Sylvas noſtras typis excudiſſet ſuis, eas ex emporio Francofordienſi (quo ex omni ferè orbe Chriſtiano ſolent convenire plurimi) transmitteret, cum ad viros quoſque doctiſſimos, tum ad Academias, quæcunque Chriſtum agnoſcunt, ſeu Romanis, ſeu Lutheranis, ſeu ſacramentariis: u-*

*tor appellationibus uſitatis ) addictas* , &c. *Sed quominus, quæ dixi, excuderet, remoræ quædam interceſſerant. Acceſſerat & ſtudium popularis cujuſdam mei:pium fortaſſe illud, ſed, ut exiſtimo, parum prudens. Is quibuſdam technis, ne quid dicam aliud, uſus, librum meum Baſilea ablatum aſportavit, quo volebat. Neque verò doleo, in manus Tigurinorum Theologorum ſumma eruditione præſtantium eum perveniſſe*,&c. *Sequens igitur primam animi inductionem, Sylvas priores duas, nonnullo auctario locupletatas, ſub incudem dedi: ut typis evulgatæ, ad omnes omnium nationum viros eruditos perferantur: occaſionemque dent eis de re longè omnium maxima cenſendi, & judicium ferendi.* &c. Inſidiarum huic libro ſtructarum, machinator fuit Trecius, prout refert Eraſmus Otvinovius, in vita Andreæ Fricii Modrevii, quam reliquis Heroum Chriſtianorum vitis carmine Polonico deſcriptis inſeruit. Ubi memorat, cum factum hoc innotuiſſet, tale diſtichum exaratum fuiſſe;

*Rex Auguſtus juſſit, Fricz ſcripſit, Trecius aſtu,*
*Sub prælo ſcripta hæc, bis niger impediit.*

Budzinius eandem hiſtoriam, Hiſtoriæ ſuæ M S. cap. 36, referens, dicit poſt hoc Trecii factum, Fricium ſylvas ſuas, ex adverſariis ſuis, ac ferè rejectaneis chartis, iterum concinnaſſe, atque librorum Tranſylvanicorum (qui interim in lucem prodierant) adminiculo, eas auxiſſe.

Editio hujus operis prout memoravimus anno 1590 in lucem prodiit, facta eſt Racoviæ, ſicut ex majorum relatione accepi. Bibliotheca Geſneriana a. 1583, edita meminit trium Sylvarum, dicitque eas tum nondum impreſſas fuiſſe: *Prima* inquit, *de tribus perſonis & una eſſentia Dei: Secunda de neceſſitate conventus habendi ad ſedandas religionis controverſias: tertia de baptiſmo infantum.* Verum fallitur, nihil enim in tertia Sylva, immo nec in reliquis, de infantum baptiſmo habetur. Fricio etiam adſcribuntur.

De bello contra infideles conſilia prudentia, é Latino in Hiſpanicum tranſlata. M S. in Bibl. Imperat.

ADAMUS PASTORIS, antea dictus Rudolphus Martini, prout inter alios Bullingerus teſtatur Lib. III, contra Anabaptiſtas: ubi refert, ſectam ejus exortam eſſe circa

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

circa annum 1546. habuiſſe eum diſputationem cum Theodoro Philippi (vulgò **Dirk Philips**) in oppido Goch, de ſumma Chriſti divinitate, quam oppugnabat: quamobrem Menno Simonis ejuſque ſequaces acriter eum inſectabantur. Eum tamen perſtitiſſe in opinione ſua, quam potiſſimum teſtimoniis ipſius Chriſti, Joh. XVII. 3. & XIV. 28. ſtabiliebat. Tandemque ideo à Mennone cæteriſque Anabaptiſtis excommunicatum, parum id curaſſe, habuiſſeque non paucos ſectatores: quorum differentia à reliquis Anabaptiſtis alias vix ulla, niſi quod quidam eorum, licitum putent eſſe interdum coram Magiſtratu jurare. Hæc hiſque ſimilia refert Bullingerus d. l. Porro opinio ejus de perſona Chriſti, ac de Verbo, de quo S. Johannes in Evangelii initio agit (prout ex libris ejus, quorum titulos ecce ſubjunximus, colligere potui) eadem fere fuit, quam M. Servetum urſiſſe, ſupra docuimus.

**Underſcheit tuſſchen rechte leer unde valſche leer der twiſtigen articulen.** I. e. Differentia inter veram & falſam doctrinam articulorum de quibus controvertitur, in 8°. lingua Saxonica: Locus & tempus impreſſionis non ſunt addita. Continentur autem in libello hoc hæc ſequentia capita:

1. Differentia inter unicum, æternum, immenſum, verum Deum: & inter falſos Deos.

2. Differentia inter veram & falſam doctrinam de incarnatione Jeſu Chriſti.

3. Differentia inter verum reconciliatorem, redemtorem ſeu ſervatorem: & inter falſos reconciliatores, redemtores ſeu ſervatores.

4. Differentia inter verum mediatorem ſeu advocatum, & falſos mediatores.

5. Differentia inter veram & falſam doctrinam temporis gratiæ.

6. Differentia inter concionatores qui à Deo miſſi ſunt, & falſos qui ſponte ſua circumeunt: item quinam audiendi ſint.

7. Differentia inter veram & falſam pœnitentiam.

8. Differentia inter veram & falſam fidem: inter veram

& falſam regenerationem ex Deo: inter veram & falſam eccleſiam Chriſti.

9. Differentia inter verum & falſum Baptiſma.

10. Differentia inter veram & falſam cœnam Domini.

11. Differentia inter Dei & hominum inſtituta.

12. Differentia inter doctrinam de veris & falſis fratribus: ubi agitur de magiſtratus geſtatione, de polygamia, & aliis ad falſam libertatem pertinentibus.

13. Differentia inter veros & falſos libros. Huic codici adjungitur,

*Diſputation von der Godtheit des Vaders, des Söns und des hilligen Geiſtes, So A. P. mit ſijnen vorwanten in voryaren tho Lubeck Muntlick und Schriftlick gehandelt hefft; mit M. S. und ſinen vorwanten.* I. e. Diſputatio de divinitate Patris, Filii & Spiritus ſancti, quam Adamus Paſtoris cum ſuis aſſeclis habuit Lubecæ ore & ſcripto; contra Mennonem Simonis & ejus aſſeclas. *Ejuſdem eſt.*

**Diſputation mitt Dirk Philips.** I. e. Diſputatio cum Theodoro Philippi.

ALFONSUS LINGURIUS Tarraconenſis Hiſpanus.

Libri quinque Declarationis Ieſu Chriſti Filii Dei: ſive, de unico Deo, & unico Filio ejus. Hujus libri meminerunt etiam Miniſtri Sarmatiæ & Tranſylvaniæ, de falſa & vera unius Dei Patris &c. cognitione, lib. 1. cap. 3. Ubi poſtquam dixerunt; *Quid Martinus Cellarius non eſt molitus: ut iſtas fores poſteritati aperiret, ejus ſcripta legito:* ſubjungunt; *Quid & Alphonſus Tarraconenſis qui quinque libellis de uno Deo, & unico ejus Filio, contra communem & receptam doctrinam, Ariſtarchorum docentium, tyrannidem & ſuperbiam egregiè perſtrinxit.*

PETRUS GONESIUS à Goniadz Podlachius. Ejus primam mentionem facit Adrianus Regenvolſcius (alias Andreas Wengerſcius) in ſyſtemate Hiſtoriæ Slavonicæ, lib. 1. cap. 15. his verbis: *Maciejovius* [Epiſcopus Cracovienſis] *Franciſcum Stancarum Mantuanum Italum, virum doctum, Villaco evocat, initio anni* 1550, *ad profeſſionem literarum Hebraicarum in Academiâ Cracovienſi. Stancaro id aliquandiu faciente, & Hebraicis ſuper Pſalmos Da-*



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*idis lectionibus, dogmata evangelica, præſertim contra invocationem ſanctorum miſcente, opponit ſe in turba aliorum Petrus Guneſius.* Hunc Epiſcopus Vilnenſis cum ſuo clero, ſtudiorum gratia, Witembergam ablegaverat: verum ille in Germania, Helvetiâ, Sabaudia, Moraviaque peregrinatus contrarias vulgò receptis opinionibus imbibit, ſecumque in patriam attulit: atque primus fuit, qui palam Trinitatis dogma, in Poloniâ oppugnavit. Quod primùm fecit a. 1556, 21 Januarii, in Synodo Seceminenſi: in qua hæc propoſuiſſe fertur: ſe quidem probare ſymbolum Apoſtolicum, ſed cætera, ut Nicenum, Athanaſii &c. rejicere. Item, Trinitatem non eſſe Deum, & Filium Dei eſſe quidem Deum, ſed minorem Patre. Præterea affirmabat, quod Filius Dei ſemper exhibuerit Patri honorem, & probabat Chriſtum omnia accepiſſe à Patre, illam ſententiàm ſæpius repetens, *dedit mihi Pater.* Item, *Sicut Pater habet vitam in ſemet ipſo, ita dedit & Filio,* &c. Item aſſerebat, Deum Patrem tantum eſſe ſolum verum Deum, ex Joh. XVII. 3. Λόγον i. e. Verbum inviſibile, immortale, in tempore converſum in carnem in utero virginis: & illud Verbum inviſibile, eſſe ſemen Filii incarnati. Porrò negans communicationem idiomatum, aſſerebat unam tantùm eſſe ſubſtantiam ſeu naturam in Chriſto. Specialiter autem impugnabat conſubſtantialitatem Filii cum Patre. Ad hæc dicebat, Chriſtum hominem converſum eſſe in Deum, & Deum ſive Verbum in hominem, &c. Hæc leguntur in Actis Synodorum Polonicarum MS. unde hæc deſcripſimus. In doctrinam etiam de Pædobaptiſmo invectus eſt. Item, docuit homini Chriſtiàno non licere magiſtratum gerere, neque gladio uti: quam ſententiam à fratribus Moravis eum hauſiſſe dicit Budzinius: refertque ipſum ligneo tantum accinctum enſe, è peregrinatione in patriam remeaſſe. Hiſtoriæ ſuæ MS. cap. XX. Has ejus ſententias, multi poſtea amplexi, acriter urſerunt.

Libri contra Pædobaptiſmum: qui in Synodo Breſtiæ a. 1558, 15. Decembris publicè lecti & examinati ſunt.

Scriptum ad Laurentium Oriſcovium, contra Pædobaptiſmum, a. 1562, poſtridie Johannis Baptiſtæ, exaratum.

Scripſit etiam Goneſius non pauca contra Racovienſes, ſeu



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

qui Filium Dei ante matrem ſuam extitiſſe negabant: prout teſtatur Budzinius cap. 31.

STANISLAUS LUTOMIRSCIUS Eques Polonus, Secretarius Regis Sigismundi Auguſti, Superintendens (poſt Felicem Crucigerum) eccleſiarum minoris Poloniæ. Olim Sacerdos Pontificius, Comminenſis ac Tuſſinenſis Plebanus &c. Immo & Archiepiſcopus Gneſnenſis deſignatus. Unus ex præcipuis fuit, qui ſignum contra Romanæ Eccleſiæ dogmata in Polonia ſuſtulerunt. Cùm ergo hæreſeos ei crimen objectum eſſet, anno 1555. ab Archiepiſcopo Gneſnenſi, Regni primate, Lovicium citatur. Ubi cùm ſacris Bibliis, & magna propinquorum ac magnatum caterva ſtipatus comparuiſſet, ab Archiepiſcopo ad judicium non admittitur: prout refert Bzovius an. 1555, §. 48. & Wengerſcius lib. III. cap. 15. Cùm ergo domum reverſus eſſet, ſcripto conſignata eſt ab eo.

Confeſſio Religionis ſuæ: quam Regi, Archiepiſcopo, aliiſque Regni magnatibus obtulit, ac poſt typis evulgavit.

Epiſtola ad magnates & fratres quoſdam, in qua eos deterrere conatur à ſchiſmate, quod Staniſlaus Sarnicius cum ſuis moliebatur: ſimulque Gregorium Pauli à criminationibus quibus impetebatur purgat. Scripta Cracoviæ in Synodo anno 1563, die 17. Maji celebrata: & præter ipſum Lutomirſcium à viginti duobus ſenioribus & miniſtris ſubſignata.

Altera epiſtola, ad miniſtros & fratres Lithvaniæ & Podlachiæ ſcripta, de eadem materia, itidem nomine Synodi, Cracoviæ anno 1563, 17. Maji. Utriuſque harum epiſtolarum exemplum, Budzinius operi ſui inſeruit: illius (quæ lingua Polonica exarata eſt) cap. 24. hujus verò (quæ Latina lingua ſcripta eſt) Cap. 25.

Concluſio Synodi Wegrovienſis in articulo veri Baptiſmi, jam decreti, confirmati ac concluſi, penultima Decembris a. 1565. ab eodem Lutomirſcio tanquam Superintendente, conſentiente Synodo exarata. Pol. MS. Budzinius eam exhibet, Hiſtoriæ ſuæ cap. 42.

Epiſtola data parvæ Cazimirſciæ a. 1566, 23. Julii, MS. qua conſilio & cohortatu fratrum, M. Czechovium, tum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

m apud Johannem Niemojevium Judicem Vladiſlavienſem
gentem, cum aliis invitat ad ſynodum Brzezinienſem
( uæ tamen poſtea certis de cauſis dilata fuit ) in qua et-
a de Filio Dei, colloquium inſtituendum erat cum ali-
bus fratribus, qui negabant ante Chriſtum hominem
um fuiſſe, nec agnoſcebant duas in ipſo naturas. Quo-
n ſententiam Lutomirſcius etiam poſt multas fluctuatio-
n tandem amplexus ac profeſſus eſt.

ſcriptum de quæſtionibus tunc temporis in eccleſia mo-
an nimirum homini Chriſtiano liceat Magiſtratum Poli-
um atque arma gerere: exaratum a. 1574.

Epiſtola ad Nicolaum Parutum a. 1574, ſcripta, ſuper
eſtione de Baptiſmo, in qua Parutæ hoc pactò reſpondet;
*ique ut cœnam Domini, ita & Baptiſmum, in cœtu priorum
miniſtrari debere, non negant cordati pietatis amantes: ſcimus
ten locis & temporibus non eſſe alligatos. Faceſſat ſuperſti-
omnia ſerviant ædificationi, paci & tranquillitati eccleſiæ.*

GREGORIUS PAULI Breſinenſis, Polonus, a. 1555.
et jam Magiſter & eccleſiæ in Wola prope Cracoviam Mi-
ter, poſt verò eccleſiæ Cracovienſis Paſtor ac Senior. Hoc
tra vulgare Trinitatis dogma, Cracoviæ a. 1562, con-
nante, ipſa die S. Trinitatis circa meridiem, fulmen,
plum S. Trinitatis dictum, percuſſit, globumque in
ce ejus ſitum, dejecit. Cracoviâ ob religionem pulſus
tulit ſe Racoviam ubi grandæuus obiit circa a. 1591.
o menſe poſt Georgium Schomanum ſocium ac coæ-
n ſuum.

Tabula de Trinitate, quam auctor ipſe citat, in mox me-
randa epiſtola ad Miniſtros Tigurinos & Calvinum. U-
ic inquit; *Tabula mea quam edidi, ſumtam ex puris fon-
us verbi Dei, Arianiſmi accuſatur: ſed quam meritò vos
ritis.* &c. Ejuſdem meminit Calvinus in Brevi admo-
one ad Fratres Polonos, his verbis; *Tabulam nuper in
onia editam, quæ Chriſtum & Spiritum Sanctum alios à
re Deos facit, non ſine acerbiſſimo mœrore inſpexi.* &c.

Turris Babel. 8°. Francforti ſciurus.

Antidotum, contra articulos fidei novæ, à Sarnicio War-
æ exhibitos, tanquam à novo Papa: ſeu Antidotum con-
canones decretorum Sarnicii. 8°. Nieſviſii Daniel Lan-
ius.

Epiſto-

Epiſtola monitoria, ad Tigurinos miniſtros & Calvinum: ubi etiam confeſſionem ſuam de Deo, & de Dei Filio, tum de Spiritu Sancto edit, adverſus calumniatores. in 8°. *Cui ſubnectuntur*; Teſtimonia virorum piorum, qui cum Apoſtolis, vel ſtatim poſt illos vixerunt, de hac ſimplici Apoſtolicaque fide, qua illi contenti erant. Teſtimonia hæc proferuntur, ex Ignatio, Irenæo, Juſtino, & Tertulliano.

Carmen ad Joannem Calvinum & pios fratres. 8°. Quod ſic incipit;

*Maximus errorum quot ſunt, quotque ante fuerunt,*
*Quot vel erunt, Calvine tuus deprenditur error:*
*Qui tam præcipiti calamo, deſcribis, in uno*
*Tres reſidere Deo, Patrem, Verbum, & Paracletum.*
&c.

De Antichriſti Deo eſſentia perſonato, ſeipſum expugnante, brevis demonſtratio. 8°.

Explicatio difficilium S. Scripturæ locorum. Pinczoviæ.

Epiſtola ad Bullingerum, in quâ ſententiam ſuam, de prærogativa Dei Patris contra Stancarum proponit: ſcripta a. 1562. M. S.

Explicatio initii Evangelii Johannis à (Lælio, ut tunc putabatur; verum revera, prout monſtravimus atque monſtrabimus, à Fauſto) Socino conſcripta; ab eo lingua Polonica eſt reddita.

Catecheſis Racovienſis prima, quod ipſo auctore (qui Racovianorum tunc anteſignanus erat) potiſſimùm concinnata ſit, nullus dubito. Cujus reformandæ cura Fauſto Socino & Petro Statorio demandata fuit: ut infra videbimus. Porrò codicem hunc, eundem eſſe arbitror, cum illo, cujus Wiſnovius in libro ſuo a. 1575, in lucem emiſſo, fol. 21, meminit; ubi crimini Racovienſibus objicit, quod in 50 reſponſione locum illum Phil. II. 6. tranſtulerint, *Noluit hanc rapinam.*

Epiſtolæ ad Staniſlaum Budzinium ſuper quæſtione de Magiſtratu & uſu armorum. a. 1574. M S.

Contra hos qui præexiſtentiam Filii Dei propugnabant. Scriptum, in lucem emiſſum circa a. 1578.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Judicium de invocando Jeſu Chriſto. circa a. 1579, exaratum.

Adverſus Jacobi Palæologi ſcriptum quo,docuit Chriſtum on ſuſtuliſſe magiſtratum politicum, &c. Nomine Raovienſium, inter quos, præter ipſum Gregorium Pauli, ninebant; Siekirinius, Czechovicius, Calinovius Schomaus, Niemojovius, &c. Qui omnes urgebant, non licere omini Chriſtiano magiſtratum politicum gerere. Scri-tus is liber eſt a. 1573.

Tractatus de Regno Chriſti millenario: circa a. 1590, raratus. M S.

Interpretatio verborum Pauli I. Cor. VIII.*Unus eſt Deus ater ex quo omnia*,&c.Lingua Polonica à Pinczoviis conſcrita eſt: ut teſtatur A. Fricius Modrevius, cap. 1. tract. 1. ylvæ 1. quæ exarata eſt a. 1565.Hunc librum ſub Gregorio auli hic collocandum eſſe duximus, ideo, quod ille mana pars fuerit Pinczoviorum:præterea verò, quod in eo raduntur talia, quæ planè conveniunt cum ipſius opinione, uam tunc temporis fovebat.

MARTINUS CROVICIUS Eques Polonus, aſtor eccleſiæ Pinczovienſis, poſt Piaſecenſis prope Lubliium, ubi etiam vita functus eſt a. 1573, menſe Decemb. nno 1555, Andreæ Zebridovii Epiſcopi Cravovienſis dolo aptus, patroni ſui viri illuſtris Nicolai Oleſnicii Pinczoviæ oparchæ dexteritate liberatus; cùm à memorato Epiſcopo qui ei alias jam nocere non poterat) acerbis impeteretur riptis, concinnavit non parvum volumen, lingua veracula, ſub hoc titulo:

*Obrona ſtarozytney prawdziwey nauki Chrzescianskiey, na rzeciwko falkywy nowy nauce Rzymskiey, ktorey gwaltem ie pismem broni Andrzey Biskup Krakowski.* i. e. Apologia ntiquæ veræ doctrinæ Chriſtianæ, contra falſam novam octrinam Romanam, quam vi non ſcriptura defendit Anreas Epiſcopus Cracovienſis.

Epiſtola ad Staniſlaum Budzinium (qui eam Hiſtoriæ ſuæ nſeruit) in Piaski a. 1573. exarata. M S. In qua incuſat racovienſes quod Magiſtratum ex eccleſia excludant: docet orrò magiſtratum eſſe neceſſarium & poſſe ſalutem adiiſci: uſum item armorum concedit, &c.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Teſtamentum ultimæ ſuæ voluntatis, inquo quid egerit, & quæ cum eo acta ſint enarrat. M S. Cujus autographum parentum noſtrorum ætate, fuit penes Jacobum Milium Paſtorem Reformatorum eccleſiæ Belzicenſis in Polonia: apud quem memoratum Teſtamentum ſe vidiſſe ac legiſſe Andreas Wiſſowatius mihi retulit.

Scripſiſſe eum præter memorata, contra vulgarem de Trinitate ac perſona Chriſti opinionem haud obſcurè innuit Andreas Dudicius in epiſtola ad Theodorum Bezam Vezelium; dum ſic inquit; *Hoc tamen tantum abeſt, ut inficiaturus unquam ſim, ut etiam libenter profitear, totam hanc cœleſtem doctrinam ſecundum Deum, clariſſimis illis magnaque doctrinâ, ingenio, judicio, pietate præditis viris, potiſſimùm deberi: in cujus gloriæ ſocietatem, jure ſuo veniunt, & Alciatus, & Gregorius Schomanus, & Krovicius, & Socinus, & alii præſtantiſſimi viri, qui tum ſcribendo, tum docendo, plurimùm operæ ad hanc illuſtrandam doctrinam poſuerunt.*

ALEXANDER VITRELINUS, in primordiis reformationis in Poloniâ, anno videlicet 1555, Paſtor Pinczoviæ, ſub protectione memorati Nicolai Oleſnicii: poſtea Wegroviæ in Podlachia, ſub patrocinio Johannis Kiszkæ Generalis Præſidis Samogitiæ, &c.

Judicium Eccleſiarum Polonicarum, de cauſa Franciſci Davidis, de vera hominis Jeſu Chriſti, Filii Dei viventis invocatione: Georgio Blandratæ & cæteris in Tranſylvaniâ fratribus tranſmiſſum ſcriptum in ſynodo celebratâ in Bebzyce a. 1579. die 24 Aug. & ab Alexandro Vitrelino omnium Miniſtrorum nomine ſubſignatum. Impreſſum Claudiopoli in officina relictæ Caſparis Helti a. 1579. habens aſſcriptum in prima pagina dictum Mat. X. 32. 33. & præfixam præfationem Miniſtrorum Claudiopolitanorum: in cujus calce hæc leguntur: *Quæ verò Poloni fratres, de Baptiſmo & nonnullis aliis, quæ ad præcipuum quæſtionis inſtitutæ ſcopum non faciunt, huic ſcripto obiter inſperſa attigerunt, conſultò, ne non miſcenda miſcerentur, neve longior impreſſioni contingeret mora, prætermiſimus.*

Idem cum confutatione à Jacobo Palæologo facta, impreſſum in libro cujus titulus; *Defenſio Fr. Davidis in negotio de*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

non invocando Ieſu Chriſto in precibus. 1580. 8o.

De Baptiſmo contra Fauſtum Socinum. M S.

Epiſtola ad Chriſtianum Franken contra opinionem ejus Jeſu Chriſto Filio Dei cultu religioſo non colendo:nomi- Synodi Wegrowienſis ſcripta a. 1584,menſe Majo.M S.

Explicatio primi capitis Evangelii S. Johannis conſcriptæ 1584. Pol. M S.

GEORGIUS SCHOMANUS Ratiborienſis ſius, Paſtor Pinczoviæ,ſub patrocinio Nicolai Oleſnicii, it in Xiaz, hinc Chmielniciæ apud Johannem Oleſni- m,inde Cracoviæ uſque ad everſionem hujus eccleſiæ, ac dem Luclaviciis, unde Chmielniciam remigravit, ac dem vita functus eſt, circa a. 1591. ſub idem tempus quo egorius Pauli, coætaneus ejus, deceſſit.

Scripta Johannis Niemojevii contra excerptum ex diſpu- ione Fauſti Socini de Jeſu Chriſto Servatore, Latinè red- lit.

Catechiſmus, quem pro liberis ſuis, ex S. Scriptura col- it. M S.

Teſtamentum ultimæ ſuæ voluntatis, in quo vitæ ſuæ riculum recenſet, uſque ad annum 1590. MS.

ſcripſiſſe contra vulgarem de perſona Chriſti doctrinam, er ex verbis illis Dudicii, quæ ſupra ſub Martino Crovi- , ex epiſtola ejus ad Bezam, memoravimus.

PETRUS STATORIUS Thonvillanus Gallus, ipulus Bezæ, venit in Poloniam a.1559. ubi in Rectora- ſcholæ Pinczovienſis Orſacio ſucceſſit.

Liber contra Franciſci Stancari dogma a. 1560, Pinczo- editus: ex quo Staphylus eum hæreſeos arguit, teſte teolo de Hæreticis.

ratio quâ a.1660,29 Januarii,Johanni à Laſco(qui die 8 morati menſis obiit) parentavit.

piſtola ad Remigium Chelmium, quâ ipſi juſſu Syno- inczovienſis, ad quæſtionem de Spiritus Sancti invoca- ie, reſcribit. Pinczoviâ 30 Januarii a. 1561.

Grammatica Polonica.

iblia ſacra, á Pinczoviis in linguam Polonicam trans- cura ſumtibuſque Principis Nicolai Radzivilii Palatini enſis, &c. Breſtiæ impreſſa, a. 1563 fol. Huic ve- ro

rò tranſlationi nominatim Statorium, cum Simone Zacio, Gregorio Orſacio, Andrea Triceſio, & Jacobo Lubelio ſeu Lublimo, incubuiſſe, teſtatur Wengerſcius Hiſtoriæ Eccleſiarum Slavonicarum lib. 1. cap. XVI. Porrò præter memoratos, in Pinczoviorum cenſum veniebant, Johannes à Laſco, Hutemovites, Liſmaninus, Stancarus, Ochinus, Blandrata, Alciatus; Crovicius, Thenaudus, Vitrelinus, Brelius, Gregorius Pauli, &c.

REMIGIUS (Eraſmo Otvinovio MARCIANUS) CHELMIUS, Eques Polonus, Vexillifer Palatinatus Cracovienſis.

Epiſtola ſcripta Locini die 19 Novembris anni 1559. Synodo Pinczovienſi die 22 Novemb. anni memorati oblata, ſine nomine auctoris: in qua quæſtionem movet de Spiritus Sancti invocatione: quam in dubium vocabat, ea ratione, quod unica ſit orandi regula, ut à Patre per Filium omnia, adeoque ipſum Spiritum Sanctum petamus, &c. Hanc opinionem modo memoratus Petrus Statorius Chelmio primùm perhibetur inſtillaſſe.

Epiſtola ad Petrum Statorium de eadem materia: ſcripta Locini die 25. Januarii a. 1561. M S.

STANISLAUS CICOVIUS à Woyslawice, Eques Polonus, Archicamerarius Cracovienſis, poſt Caſtellanus Biecenſis & Dux exercituum Regni. Primus Eccleſiæ Cracovienſis, in qua Gregorius Pauli a. 1562, paſtorem egit, patronus. Is typis imprimi curavit,

Acta Synodi Colloquiique Scrynicenſis anno 1567, celebrati: cum omnibus reſponſionibus, eorum qui negabant Verbum ſeu Filium Dei mundum hunc viſibilem cum Deo creaſſe; ſed aſſerebant initium ſuum habuiſſe tempore Johannis Baptiſtæ & Johannis Evangeliſtæ: ad objectione adverſæ partis. Erant autem in diſputatione hac collocutores: ab illa quidem parte; Georgius Schomanus, Gregorius Pauli Breſinenſis, Iohannes Securinus, Matthias Albinus, Iohannes Baptiſta è Lithvaniâ, Martinus Crovicius, Simon Budnæus, Iacobus Calinovius: ſcribæ verò Laurentius Koſcienski & Staniſlaus Budzynſki ſeu Budzinius. Porrò ab hac parte; (qui nimirum Dominum Ieſum Chriſtum ante matrem ſuam extitiſſe aſſeverabant) Iohan-

ne

es Cazanovius, Staniſlaus Farnovius, Iohannes Niemo-
vius Iudex Inovlodiſlavienſis, Nicolaus Zytno, Iohan-
es Falconius, Martinus Czechovicius, Daniel Bilinius:
ribæ autem, Laurentius Criſcovius & Thomas Swiecho-
us.

IOHANNES CAZANOVIUS Eques Polonus. Fuit Go-
ſio ferè homodoxus, atque ejus opinionis hominum
cleſiaſtes: poſt verò ſubjudex Lucovienſis.

Contra Calvini epiſtolas ad fratres Polonos.

Tribuitur ipſi etiam, ab Andrea Tricio Modrevio, li-
r contra Trinitarios conſcriptus, dum Sylvæ 1. cap. 6. ſic
quit; *Hæc, & plura alia, colligunt ex ſcripturis teſtimo-
a, qui unitatem eſſentiæ Patris & Filii demonſtrare nituntur.
uæ quidem teſtimonia, Bernardinus Ochinus Italus, & Io-
nes Kazanovius noſtras, ſingillatim & accuratè, mea ſen-
itia, confutarunt, in ſuis libris. Alias etiam colloquium,
no Chriſti 1565. Petricoviæ habitum, elucidavit. Nos bre-
ores erimus.* &c.

NICOLAUS SIENICIUS Eques Polonus,
lgò Demoſthenes Polonicus dictus, Archicamerarius
elmenſis: in Comitiis Petricovienſibus anni 1565,
itMarſchalcus ſeuDirector delegatorum ordinis equeſtris:
demque in colloquio cum Trinitariis habito, interlocu-
r ex parte Unitariorum. Fuit ejuſdem ferè ſententiæ de
rſona Chriſti, cum Goneſio & Cazanovio.

Omnia acta tam Regni quàm Eccleſiæ, diligenter in u-
m collegit: qui codex M S. poſt ejus obitum Zamoſcium
latus & illic aſſervatus fuit.

JOHANNES NIEMOIOVIUS Eques Po-
lus, Iudex terræ Inovladiſlavienſis: quod munus, Uni-
iorum ſacra amplexus, ſponte ſua abdicavit. Diſputavit
er præcipuos, contra Trinitarios, in memorato collo-
io Petricovienſi a.1565. Obiit Lublini a. 1598, die 5 Maji.
Prius Chriſti ante nativitatem præexiſtentiam urſit, poſt
rò in Racovienſium ſeu Socini ſententiam conceſſit.

Demonſtratio Eccleſiam Pontificiam, non eſſe Apoſtoli-
m, neque ſanctam, neque unam, neque Catholicam:
nul & reſponſum ad calumnias Doctoris Wilcovii. Polo-
è.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Contra Emmanuelem Vegam, de cœna Domini. Pol.

Contra Povodovium Canonicum Poſnanienſem. quod ſcriptum citatur à Czechovicio in Dialogis Chriſtianis a. 1575, in lucem emiſſis.

Diſputatio cum Ieſuita Lublini habita, a. 1581.

Epiſtola ad F. Socinum, contra ejus explicationem cap. VII. ad Romanos: data. a. 1581, 12. Febr.

Eadem Belgicè a. 1664. 8°.

Epiſtolæ ad F. Socinum de Sacrificio & Invocatione Chriſti: quarum prima ſcripta eſt a. 1587. ult. Febr. altera eodem anno 25 Aprilis. Utraque inſerta eſt inter Miſcellanea ſacra Socini.

Scriptum contra partem quandam Diſputationis Socini de Ieſu Chriſto ſervatore. Pol. à Georgio Schomanno Latinè redditum.

Epiſtola ad Georgium Schomanum, de uſu & fine cœnæ Domini, Polonicè. data a. 1588. 8 Martii.

Eadem Latinè adjuncta F. Socini de Cœna Domini tractatui, cum ejuſdem reſponſione.

Oratio ad Regem Sigismundum III. In qua expoſtulat ac queritur, de eccleſiæ Cracovienſis everſione: quæ horrendo ac inaudito modo, anno 1591 accidit.

MARTINUS CZECHOVICIUS Polonus vel Lithvanus. Præceptor & Miniſter eccleſiæ Vilnenſis, poſt Paſtor in Cujavia, & tandem Lublini. Vixit adhuc a. 1608, quo videtur obiiſſe. Opinione de Trinitate rejecta, Chriſti præexiſtentiam ſecundum Goneſii placita, cum Niemojovio propugnavit: verùm poſtea cum eodem aliiſque non paucis, circa an. 1570. Racovienſium ac Socini ſententiam amplexus eſt.

De Pædobaptiſtarum origine, & de ea opinione, qua infantes baptizandos eſſe in primo nativitatis eorum exortu creditur. Typis Theophili Adamidis. In 4°. Inſcriptus Illuſtri ac magnifico Dno. Iohanni Kiszkæ à Ciechanowiec Generali Præſidi Samogitiæ, & in M. Lithvaniæ Ducatu S.R.M. Pincernæ, &c. Lublini 7. Idus Apr. a. 1575.

Trzech dni Rozmowà, &c. I. e. Trium dierum colloquium [in quo *Chriſtianus*, *Evangelicus*, & *Pontificius* introducuntur loquentes] de quibuſdam articulis fidei,

præ-

præcipuè verò de Pædobaptiſmo. Conſcriptum in Nieswiez, & dicatum Principi Nicolao Radivilio, Duci in Olyka & Nieswiez, Palatino Vilnenſi, a. 1565, die 6 Januarii. Additum eſt ejuſdem monitum ſuper ſuffragio Nicolai Werogovii Miniſtri cœtus Vilnenſis, de pædobaptiſmo. Item, (ejuſdem ut reor) Brevis relatio originis contentionum circa Baptiſmum, primùm in Lithvania, poſtea in Polonia motarum. Omnia hæc typis impreſſà ſunt, Loſki in typographia Dn. Kiszkæ Inciſoris M. D. Lithvaniæ: per Iohannem Karcanum è Velicia, a. 1578, 4°. Pol.

Rozmowy Chriſtiankie, &c. I. e. Dialogi XIII. de variis Religionis articulis, & inprimis contra Iudaicas fabulas, quibus Chriſtum & ejus Evangelium calumniantur. Apud Alexium Rodecki, a. 1575. in 4°. Adjuncta eſt ejuſdem Appendix de vita & moribus primitivæ eccleſiæ Chriſti: in qua demonſtrat non licere Chriſtianis, Politico Magiſtratu fungi, gladiumve gerere. Latinè.

Novum Teſtamentum è Græco in Polonicum tranſlatum, cum nonnullis annotationibus. a. 1577. 4°. apud Alexium Bodecki excuſum. Racoviæ: quod tamen in titulo non additur.

Reſpons na ſkript Staniſlawa Farnowſkiego, ktorym zgode Liclawſkac rozerwac uſiluje. I. e. Reſponſio ad ſcriptum Staniſlai Farnovii, quo concordiam Luclavicienſem ſubvertere nititur: inſcripta Dn. Floriano Morſtinio ſalinarum Velicenſium præfecto. Scripta a. 1579, die 27, Junii; ſed demum a. 1580, adjuncta ſequenti operi, in lucem emiſſa eſt. in 4°.

Rozſadek na wyklad Katechizmu Kſiedza Pawla Gilowſkiego, Iego Miloſci Panu Staniſlawowi Taszykiemuz Luclawicz uczyniony. i. e. Iudicium ſuper Catecheſi Pauli Gilovii Miniſtri [Evangelici] ad Dominum Staniſlaum Officium de Luclawice. ſcripta a. 1580, 20 Ianuarii: & ſequenti 1581 anno impreſſa 4°. Excudebat Alexander Turobinczyk. Huic libro adjuncta eſt, memorata Reſponſio ad ſcriptum Staniſlai Farnovii.

Vindiciæ ſuorum dialogorum contra Iacobum Judæum de Belzitz, a. 1581. Pol.

Diſputatio Iohannis Niemojovii & Martini Czechovicii,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Lublini in templo Jeſuitarum, cum Sacerdotibus Warszycio & Jodoco, ut & cum Severino Dominicano, habita a. 1581. ab ipſo Czechovicio Polonico deſcripta. M S.

Objectiones in Fauſti Socini explicationem initii Evangelii Iohannis: quas protulit offenſus explicatione fratrum in illa verba; *Erat apud Deum ille λογος homo Chriſtus*, id eſt, *Soli Deo notus*. Scriptum hoc Czechovicio recitante, excipiebat Iohannes Voidovius: reperitur autem in calce memoratæ Explicationis Socini.

Explicatio VII cap. Epiſtolæ ad Romanos. quam primò fratribus Gedanenſibus, poſtea verò Synodo a. 1584, Wegroviæ congregatæ, propoſuit.

Explicatio in primum caput Evangelii Iohannis. Pol.

STANISLAUS FARNOVIUS ſeu FARNESIUS Polonus. Circa annum 1568 à cæteris Unitariis (qui primo Pinczovii, poſt Racovienſes, à præcipuis commorationis ſuæ locis nuncupabantur) ſchiſma fecit, ac Sandeciam ad Dn. Staniſlaum Mezyk Satrapam Sandeciæ ſe contulit: ſub cujus tutela, eccleſiam ac ſcholam celebrem illic habuit. Fuit Goneſio homodoxus in doctrinâ de perſona Filii Dei, cujus præexiſtentiam ferè ſecundum Arii placitum acriter propugnavit, & ob eam memoratum ſchiſma fecit. An Spiritum Sanctum, pro perſona cum ſuis aſſeclis duxerit, nec ne, non adeò certum eſt; poſterius tamen veriſimilius eſt; nullam enim hac de re cum Socini ſequacibus diſceptationem habuerunt: verùm id certum eſt eos crediſſe, nefas eſſe Spiritum S. invocare preceſve ad eum fundere. Baptiſmum adultorum, idque per immerſionem, prout & cæteri Unitarii, Farneſius inter ſuos inſtituit. Duravit is Farnovianorum cœtus in Polonia aliquamdiu, & ipſe Farnovius a. 1614, adhuc in vivis erat; poſt cujus obitum plerique ejus ſequacium cæteris illis Unitariis, Socino homodoxis, ſe adjunxerunt.

Opus Polonicum in 4o. quod olim vidi, titulum verò exſcribere neglexi. Wiſnovius in mox memorando codice, citat librorum Farnovii præfationem ad Polonos: quæ an dicto operi, an verò aliis ejus ſcriptis, præfixa ſit certo aſſerere haud poſſum: Budzinius enim cap. 52 refert, Farnovium aliquot libros in lucem emiſiſſe, contra hos qui præexiſtentiam Domini Ieſu Chriſti negabant.. Idem Wiſno-

ſnovius ſæpius allegat libros ſub hoc titulo ;

Okazanie zfalszowania, y wyznanie prawdziwey nauki. . e. Demonſtratio falſationis & confeſſio veræ doctrinæ. Dicit autem libros hos nuper (ſcribit hæc a. 1575) in lucem prodiiſſe: citatque libri de Deo Patre cap. primi folium 296. lib. de Filio Dei cap. 17, folium 447. & cap. 41, fol. 597. & lib. de Spiritu Sancto cap. 14. fol. 704. b. ſeu pag. 1408. Quis horum librorum auctor fuerit, an Goneſius vel Farnovius, an ipſe Wiſnovius, an verò omnes junctim, non habeo compertum. Cæterùm hoc ſequens, Farnovii opus eſt:

Libri contra pacificationem Luclavicenſem: Staniſlao Szafranecio Caſtellano Sendomirienſi inſcripti. In his ſententiam eorum qui Filium Dei ante matrem ſuam extitiſſe infitiabantur, oppugnat. Ad hoc ſcriptum Martinus Czechovicius a. 1579, reſponſum dedit.

Liber Precum Polonicarum, à vidua Zabawskii, matrona nobili, è Farnovii cœtu, in lucem emiſſus eſt.

STANISLAUS WISNOVIUS Polonus, Farnovii ſocius eique homodoxus: Paſtorem egit in Luclawice ſub patrocinio Staniſlai Taſzycii, qui poſtea paſtore illo Wiſnovio relicto, cæteris illis Unitariis, qui Racoviani cognominabantur, ſe adjunxit.

Rozmowa o ſzozereg znajomoſci Boga Oyca, ſyna jego, y Ducha Swietego, &c. i. e. Dialogus de ſincera cognitione Dei Patris, Filii ejus, & Spiritus ſancti, inprimis de Filio Dei & adverſario ejus: de vera & falſa eccleſia, & certis earum ſignis: item de præcipuis doctrinis & inſtitutis veræ Eccleſiæ Domini. &c. Præfixa eſt Præfatio ad fideles, a. 1575, die 26 Febr. Luclaviciis ſcripta. Continet liber is fol. 91. ſeu pag. 182. 4°.

STANISLAUS PACLESIUS Polonus. Unus fuit inter primos eorum, qui in dogmata de Trinitate ac Pædobaptiſmo invecti ſunt. Paſtorem egit Lublini ſub patrocinio Tenczynii Palatini Belſenſis & Satrapæ Lublinenſis. Ibidem obiit a. 1565, poſtquam prius ſcripto conſignaſſet,

Teſtamentum ultimæ voluntatis ſuæ: quod laudatur in ſupra ſub Martino Czechovicio memorata Relatione de origine contentionum circa Baptiſmum.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

IOHANNES FALCONIUS Polonus vel Lithvanus. Catechiſta & præceptor Scholæ in Biala Podlachiæ, deinde eccleſiæ Mordenſis in Podlachiâ miniſter. Diverſus hic videtur à Iohanne Falconio Phyſico & Medico Hamelenſi, qui obiit a. 1586, 26. Nov. Fuit homodoxus Goneſio, qui eum à Trinitariorum in ſuam pertraxit ſententiam: prout teſtatur Wengerſcius, Slavoniæ Reformatæ lib. 1. cap. 16. ſcripſit prout idem ibidem refert.

De Eccleſiis Lithvanicis.

THOMAS FALCONIUS Polonus aut Lithvanus, Georgio Blandratâ auctore à Trinitariorum ſacris abſtractus eſt, teſte Wengerſcio d.l. Fuit primò Eccleſiæ Cathedralis Lublini myſta, deinde eccleſiaſtes Principis Nicolai Radivilii Ducis Olycæ ac Nieſviſii, Palatini Vilnenſis, &c.

Harmonia ex quatuor Evangeliſtis. Pol.

Domina KISCIANA Palatina Vitepſcenſis, Iohannis Kiszkæ à Ciechanowiec mater.

Epiſtola M.S. ad Synodum Breſinenſem 1565. celebratam, ſuper quæſtione de Baptiſmo, prout refert Budz. cap. 41.

Princeps ANNA RADZIVILIA.

Epiſtola ad eandem Synodum de eadem materia. MS.

LAURENTIUS CRISCOVIUS Eques Lithvanus. Paſtor eccleſiæ Nieſvieſenſis in Lithvania, poſtea aliarum in eadem regione.

De vero ac fundamentali uſu certæ ſalutis, in pacata conſcientia hominis, Dialogus quatuor Fratrum Legis Chriſti: ab ipſo è Bohemico in Polonicum verſus eſt, & impresſus Szamotuliis in Majori Polonia a. 1558.

SIMON BUDNÆUS Mazovius (ut opinor) Miniſter Eccleſiæ Kleceniſis ſub Principis Nicolai Radzivilii Vilnenſis Palatini protectione: poſt Loſcenſis, ſub patrocinio Iohannis Kiszkæ Caſtellani Vilnenſis, &c. Delapſus eſt in opinionem de Chriſto Domino divino cultu non honorando, & non nulla alia Semijudaizantium dogmata: ac ejuſdem ſectæ hominum in Polonia hyperaſpiſtes fuit, habuitque aliquamdiu ſuos aſſeclas in Lithvania & Ruſſiæ Polonicæ Provinciis. Verùm à cæteris Polonicis ac Lithvanicis Unitariorum eccleſiis, ideo è miniſterio depoſitus ac excommunicatus eſt, a. 1584. Poſtea tamen opiniones ſuas

retra-

tractaſſe,atquecum fratribus in gratiam rediiſſe perhibetur.
Libellus de duabus naturis in Chriſto,cum quo edidit bre-
ſcriptum, cui titulus,
Brevis demonſtratio, quod Chriſtus non ſit ipſe Deus
ii eſt pater: & cur in ſacris literis appellatus fuerit & pot-
Deus ſit.
Apologia Polonica.
Biblia Veteris & Novi Teſtamenti Polonica,ad fontes He-
æos & Græcos examinata, excuſa typis Zaſlawii in Lith-
nia in typographia Matthiæ Kaviezinii Præfecti Nieſvi-
iſis, ejuſdemque ac fratris ipſius ſumtu publicata a.
72. apud Danielem de Leczyca. in 4o.
Refutatio argumentorum Martini Czechovicii, quæ pro
ıtentia ſua,quod homini Chriſtiano non liceat Magiſtra-
n Politicum gerere, in Dialogis ſuis propoſuit. Loſci a.
74.
Novum Teſtamentum Polonicè. 8o.
STANISLAUS BUDZINIUS Polonus. Operam ſuam
vavit Johanni à Laſco & Franciſco Liſmanino, tanquam
ecretarius: hinc Hieronymo Philipovio Palatinatus Cra-
vienſis Quæſtori, in teloniis exigendis. Fuit ejuſdem o-
nionis cum memorato Budnæo, & his quos mox memo-
imus. Verùm anno 1588, poſt duodecim annorum ex-
mmunicationem, reconciliatus eſt Eccleſiæ.
Hiſtoria Eccleſiaſtica,eorum quæ in Polonia, eique con-
minis regionibus,à primordiis reformationis, uſque ad
num 1593,in negotio religionis contigerunt.MS.Polonicè.
iſmus Orvinovius teſtatur in vita ipſius,partem hujus ope-
in manibus cujuſdam infidelis (quem non nominat) pe-
ſe.
Epiſtola ad Synodum Racovianam, a. 1574, exara-
in qua fratres ad concordiam cohortatur, ac uſum ar-
rum Magiſtratuſque officium defendit. MS. Pol.
Epiſtola ad Gregorium Pauli in qua itidem, Magiſtra-
n politicum & arma, homini Chriſtiano licitum eſſe ge-
e, propugnat: ſcripta a. 1574. MS.
De regno Chriſti millenario tractatus, conſcriptus circa
a. 1590. MS.
FRANCISCUS DAVIDIS Hungarus. Super-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

intendens ſeu Epiſcopus Unitariorum in Tranſylvania. Anno 1666. & ſequentibus, unà cum Georgio Blandrata, ſub patrocinio ac præſidio Iohannis Sigiſmundi Principis, contra Trinitarios acriter diſputavit: atque eodem Blandrata potiſſimùm auctore ac ſocio, contra eos non paucos libros, (quos ſupra ſub Blandrata recenſuimus) in lucem emiſit. Poſtmodum in ſemijudaizantium dogmata delapſus, dum doctrinam de Chriſto Domino non invocando ſpargit; tanquam innovator, à Chriſtophoro Bathoreo Tranſylvaniæ Principe, condemnatur, atque Devæ in carcerem conjicitur: ubi anno 1579, die 15 Novembris, jam ſenex, vita fungitur.

Epiſtola ad Eccleſias Polonicas, ſuper quæſtione de regno millenario Ieſu Chriſti hic in terris. Alba Iulia a. 1670. MS.

De Dualitate tractatus, in tria capita diſtinctus. *Cui adjunguntur;*

Tractatus ſecundus; Quod unus ſolus Deus Iſraelis Pater Chriſti, & nullus alius invocandus ſit: continens theſes XV. in generali ſynodo Thordana propoſitas. *Item;*

Tracttatus tertius; Obſervationes in theſes Georgii Blandratæ.

Theſes tres: quibus ferme triginta theſes Blandratam oppoſuiſſe, teſtis eſt Palæologus, Conf. Iud. Eccl. Pol. p. 232.

Libellus parvus, XXX Theſibus Blandratæ oppoſitus, in quo diſſeritur Ieſum Chriſtum vocari nunc non poſſe Deum, cùm non ſit verus Deus: Ieſum invocari non poſſe in precibus: Iuſtificationem & prædeſtinationem, à Luthero & Calvino male fuiſſe intellectas: De regno ejus Meſſiæ, quem fore prophetæ divinarunt, qui eſſet Ieſus Chriſtus. Anno 1578 in lucem emiſſus.

Theſes ſedecim, tribuit ipſi Poſſevinus Sect. III. cap. 7. in quarum prima dicit eum *Dominum Ieſum ex Ioſephi ſemine conceptum eſſe* aſſeverare. Porro in XI. *Cultum nullum Chriſto deſerendum, niſi quem ejus præcepta ſervando ipſi deferimus.* Has theſes (quas mihi videre non contigit) neceſſe eſt eum non longe ante vitæ ſuæ finem exaraſſe: in memoratis enim obſervationibus ad Blandratæ Theſes, diſertè dicit, *Chriſtum Ieſum conceptum de Spiritu Sancto.* Obſerv. in Theſin II. de Filio Dei.

De

De non invocando Ieſu Chriſto in precibus ſacris, theſes V. propoſitæ Fauſto Socino.

Confutatio reſponſionis Fauſtinæ. i. e. eorum, quæ Fauſtus Socinus dictis theſibus oppoſuit. Liber is, unà cum proximè præcedenti opuſculo, impreſſus eſt in Defenſione Franciſci Davidis in negotio de non invocando Ieſu Chriſto in precibus; opera Iacobi Palæologi, Matthiæ Glirii & Davidis Franciſci Davidis filii, in lucem emiſſa a. 1580. 8°.

Quæſtiones nonnullæ: extant editæ cum F. Socini ad eas reſponſione, inter ipſius Fragmenta, Diſputationi contra Chriſtianum Franken adjuncta.

IOHANNES SOMERUS Pirnenſis Miſnicus, Rector Claudiopolitanus: ad quod munus peragendum, à Blandrata & Franciſco Davidis è Germania evocatus eſt: prout teſtatur Poſſevinus Sect. III. cap. 7. Ubi poſtquam dixit, *Blandrata deinceps & Franciſcus Davidis criſtas erigentes, ſpe concepta, fore ut brevi quoquo verſus ea impietas ſerperet, aliquot deligunt juvenes, quos ea pravitate imbutos Patavium mittant, ut comparata majore literatura, ſi quem ea in Academia decipere poſſint, id faciant;* mox ſubjungit, *Ex Germania item accerſitum Ioannem Somerum hominem loquacem, ſed qui Græcè noſſe videretur, cùm à Lutheranis defeciſſet, Claudiopolitanæ ſcholæ præficiunt: in hujus locum, quod unà cum uxore & ſocru peſtilentia correptus, diem non multò poſt obiit, Matthiam quendam Polonum, tanquam Hebraicæ linguæ peritum, ſic ſufficiunt, ut tamen ei præeſſet Iacobus, qui ſe Palæologum vocabat, & in Græcia natus fuerat. Huic mandant, tanquam Græcas literas, uti Græco, callenti, ut Biblia corrigat.* &c. Florebat Somerus anno 1569. Fuit Franciſco Davidis in dogmate de Domino Ieſu non invocando homodoxus.

Reges Hungaricos carmine elegiaco decantavit.

Theſes de Deo Papano Trino, uno in eſſentia, trino in perſonis, ex ejus fundamentis deſumptæ & publicatæ a. 1571.

Refutatio ſcripti, quod Petrus Carolius ſub titulo Explicationis fidei orthodoxæ, de uno vero Deo, Patre, Filio & Spiritu Sancto, contra G. Blandratæ & Fr. Davidis errores a. 1571, edidit. Adjecti ſunt tractatus variis de re-

bus: præfixa eſt libro huic epiſtola cujuſdam, qui ſe vocabatTheodoſium Schimbergium. Is enim curavit ut refutatio illa ederetur, a. 1582.

Tractatus aliquot Chriſtianæ religionis, quos idem Schimbergius, præfixâ ſuâ præfatione edidit, quaſi Ingolſtadii, a. 1583. 8°. In opere illo continentur,

1. Confutatio objectionum, quarum facta eſt mentio in fine epiſtolæ præfixæ libello Ioannis Sommeri.

2. De juſtificatione hominis coram Deo, Ioannis Sommeri. Item propoſitiones de eadem exhibitæ Senioribus Thordæ, 19 Sept. a. 1572. unà cum reſponſione Seniorum exhibita Claudiopoli, 29 Sept. a. 1572. & confutatio reſponſionis, 5 Octobr. auctore Iohanne Sommero.

3. Scopus ſeptimi capitis ad Romanos, Adami Neuſeri.

4. Declamatiuncula contra prædeſtinationem neotericorum.

5. Declamatio contra baptiſmum adultorum, Ioannis Sommeri.

6. Theſes de Deo Trino in perſonis, uno in eſſentiâ ex fundamentis ejus deſumptæ, Joannis Sommeri. [Hæ non dubito quin eædem ſint, cum ſuperius memoratis, anno 1571 publicatis.] Typi videntur eſſe Alexii Rodecii.

JACOBUS PALÆOLOGUS Græcus ex inſula Chio oriundus, ex Imperatorum Conſtantinopolitanorum proſapia ſatus. Rector primarius ſcholæ Claudiopolitanæ poſt obitum Johannis Sommeri. Franciſco Davidis ac memorato Somero fuit homodoxus. Senex Romæ combuſtus eſt ob dogmata ſua, a. 1585, 22 Martii.

De Ripetano judicio Romæ, & de damnatione optimorum & innocentiſſimorum hominum, temporibus Pauli IV.

De Baptiſmo. Hunc librum ipſe Palæologus in Confutatione Judicii Eccleſiarum Polonicarum p. 368, hoc pacto citat; *De baptiſmo autem Gregorii Pauli, & reſurrectione quam fingit & commentatur, atque de regeneratione & manu miſſione ipſius à peccato, quorum Vitrelinus hic meminit, quàm ſit præter omnem Evangelii veritatem, alibi docuimus: ſed*

*& baptiſma de quo loquuntur Evangelia, ad nos filios teſta-ntorum & fœderis Dei non pertinere, docet liber noſter de ar-nento hoc.* Hic duorum ſuorum operum facit mentionem, um neutrum nobis videre contigit, ideoque non poſſu-is titulos eorum exactè tradere.

De Magiſtratu Politico: Loſci in Lithvania a. 1573. pro-ante editionem Simone Budnæo. Hunc librum refuta-it Racovienſes Gregorii Pauli potiſſimùm opera. Cui ipto Palæologus iterum oppoſuit librum ſub hoc titu-l;

Defenſio veræ ſententiæ de Magiſtratu Politico: Itidem ſci, Budnæi opera a. 1580, impreſſa. Ad hunc librum ponſum dedit pro Racovienſibus F. Socinus a. 1581.

Ejuſdem Palæologi, ut & Matthiæ Glirii ac Davidis, Fran-ci Davidis filii, opera, emiſſus eſt in lucem a. 1580. 8°. li-r ſub hoc titulo.

Defenſio Franciſci Davidis, in negotio de non invocando u Chriſto in precibus. In quo libro hæc ſequentia con-entur.

Theſes IV. Fr. Davidis de non invocando Jeſu Chriſto precibus ſacris, propoſitæ F. Socino.

Reſponſio F. Socini, ad dictas theſes.

Franciſci Davidis confutatio reſponſionis Fauſtinæ.

Judicium Eccleſiarum Polonicarum, de cauſa Franciſci vidis, in quæſtione de vera hominis Jeſu Chriſti, filii Dei entis invocatione.

onfutatio vera & ſolida judicii eccleſiarum Polonicarum, d auſa D. Franciſci Davidis, in quæſtione de vera hominis i Chriſti Filii Dei viventis invocatione. Authore clariſſi-n Philoſopho & Theologo, Doctore Iacobo Palæologo. præfixa eſt præfatio, ad omnes fratres & Miniſtros, eſiæ Ieſu Chriſti, unum Deum, qui eſt ſolus Pater, pro-itis. Huic confutationi inſertum eſt,

criptum fratrum Tranſylvanorum ad N. N. In quo ha-b ir, narratio rerum, memoratæ controverſiæ cauſa, in nſilvania geſtarum. Hæc in memorata Defenſione con-ntur: quæ primo Francofurti ad Mœnum excuſa, poſtea per Alexium Rodecki Cracoviæ recuſa eſt, quem pro-ea ut & propter alia ejuſdem generis in carcerem con-

jectum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

jectum fuiſſe, refert F. Socinus ep. 30. ad M. Radecium.

MATTHIAS GLIRIUS Medicus. Franciſci Davidis, Sommeri ac Palæologi ſocius. Hunc videtur innuere Poſſevinus in verbis illis quæ ſub Iohanne Sommero allegavimus: dum dicit Matthiam Polonum Sommero in regimine ſcholæ Claudiopolitanæ ſucceſſiſſe: verùm Polonum eum fuiſſe dubito: fuit enim Iohannis Sylvani & Adami Neuſneri (de quibus mox) ſocius, ac perſecutionis eorum in Palatinatu particeps.

De eo ſcribit Martinus Ruarus epiſtola ad Abrahamum Calovium: *Dietrichus Dorſchius, qui idem & Nathanaël Ælianus Matthania, atque etiam Matthias Glirius, de regno Chriſti planè judaizat.* Opus iſtud Nathanaëlis Æliani Matthania, linguâ Germanica editum eſſe dicitur a. 1578, à ſemijudaizante contra religionem Chriſtianam.

Idem Latinè M S.

IOHANNES GLIRIUS.

Tractat. de Veteri & Novo Fœdere.

HERMAN van VLECKWYCK Belga. Diſputatio de vulgò recepta Trinitatis opinione, quam tempore inquiſitionis in Belgio habuit cum Fratre Cornelio Adriani Flagellatore, (vulgò Broer Cornelis dicto) cujus opera, diſputatione hac peracta, ob ſententiam ſuam, Brugis in Flandria igne exuſtus eſt, anno 1569, die 10 Iunii. Legitur Diſputatio hæc, Belgica lingua conſcripta, in vetuſtiſſimo Martyrologio Mennonitarum, in quo inter martyres eſt relatus: verùm recentiora exemplaria caſtrata ſunt. Edita tamen eſt iterum ſeorſim. Exhibet etiam eam Gerardus Brantius Eccleſiaſtes Remonſtrantium Amſtelædami, lib. X. Hiſtoriæ Reformationis quæ in Belgio accidit.

IOHANNES SYLVANUS Inſpector Ladenburgenſis, & (ut quidam perhibent) Superintendens Eccleſiarum Palatinatus Rheni. Præceptor quondam Friderici Electoris. Ob religionem capite mulctatus eſt a. 1572.

Contra Eutych. errorem Germanicè, 8°.

Adverſus Iohannis Marpach libros (ni fallor, ut ſcribit Bibliotheca Geſneriana) duos. Poſtea ubi defecerat ad Samoſatenianos,

In

In defenſionem hæreſeos Samoſatenianæ ſeu Servetanæ, ipſiſſe fertur: quæ tamen non ſunt edita.

ADAMUS NEUSNERUS Paſtor Eccleſiæ Hei-lbergenſis. Qui cum per decennium miniſtraſſet, ob re-gionem unà cum memorato Sylvano, in Palatinatu infe-ori, anno 1671. in carcerem conjicitur; unde mirabili odo elapſus prout Budzinius cap. 35, refert, in Tran-lvaniam ſe contulit. Verùm cùm & illic à perſecutione æſariſque ira, minimè tutus eſſet, neceſſe habuit Con-antinopolim concedere.

Epiſtola MS. ad Illuſtrem Dn. Bekeſium, Johannis giſmundi Tranſylvaniæ Principis Legatum ad Maximilia-um II. Imperatorem: ſcripta Heidelberga, a. 1571. ià epiſtola Cæſar intercepta, procuravit, ut (prout dixi-us) cum Sylvano in vincula conjiceretur.

Scopus ſeptimi capitis ad Romanos, ſcriptus a. 1572. & litus quaſi Ingolſtadii, a 1583, 8°.

ANDREAS DUDICIUS ab Horecoviza Sbar-llatus, Hungarus: primò Epiſcopus Tinienſis, poſt Chona-enſis, ac tandem Quinque eccleſienſis: S. Cæſareæ Maj. onſiliarius & ad Regem Poloniæ legatus. Quondam nomi- cleri Regni Hungarici ad Concilium Tridentinum delega-s. Ubi viſis Romanæ Eccleſiæ arcanis, cùm ei religio hæc ſplicuiſſet, Reformatis ſe applicuit: atque in Polonia in-r Regni indigenas in Comitiis Perticovienſibus anni 1565 optatus, uxorem ex nobili Straſſiorum proſapia duxit. Quâ ortua Zborovii Caſtellani Cracovienſis filiam, Comitis arnovii viduam matrimonii nexu ſibi copulavit, atque ex filiam Reginam nomine, Hieronymi Moſcorovii conju-m, procreavit. Hinc, cùm arbitraretur & Reformatos lvini ſequaces, in multis adhuc reformatione egere: in-imis verò cernens eorum acerbitatem erga cœtum mino-m qui unum profitebatur Deum, ab illis ſe ſejunxit, his au-m ſe adjunxit, ſententiamque horum amplexus, ad obi-m uſque profeſſus eſt ac propugnavit. Immo & in oppido o Smigel in hujus religionis uſum eccleſiam ac ſcholam exit, earumque patronus extitit.

Natus eſt Budæ in Pannonia a. 1533, 5. Febr. Denatus ratiſlaviæ in Sileſia a. 1589, 15. Febr. al. 23. Febr. 5. n.

Vita

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Vita ejus, ſcripto conſignata, extat.

Sententiam Unitariorum de Deo ac Filio ejus Ieſu Chriſto, potiſſimùm ex Tranſylvanorum ſcriptis, à Georgio Blandrata & Franciſco Davidis in lucem emiſſis, hauſiſſe ſe fatetur in epiſtola ad Theodorum Bezam: in quâ hæc inter alia ſcribit; *Sed ut quid tamen de duobus clariſſimis illis viris G. Blandrata & Franciſco Davidis dicam, profiteor coram Deo atque ejus Angelis, non me quicquam horum auctoritate permotum fuiſſe, ut è recepta paſſim de Trinitate opinione diſcederem. Illud etiam ſanctè affirmare poſſum, me neutrum horum unquam vidiſſe. Quare nulla cum illis tam arcta mihi amicitia intercedere potuit, nullum beneficium ab illis profectum eſt, quod oculorum mihi aciem perſtringere queat. Itaque non potuit illorum mihi gratia atque auctoritas fucum facere, ut tu falſo conjicis. Neque ulla omnino ullius hominis auctoritas tanta eſſe poſſit, quæ me à vera pietate abducat. Hoc tamen tantum abeſt, ut inficiaturus unquam ſim, ut etiam libenter profitear, totam hanc cœleſtem doctrinam ſecundum Deum, clariſſimis illis magnaque doctrinâ, ingenio, judicio, pietate præditis viris potiſſimum deberi: in cujus gloriæ ſocietatem jure ſuo veniunt, & Alciatus, & Gregorius Schomanus, & Krovicius, & Socinus, & alii præſtantiſſimi viri, qui tum ſcribendo, tum docendo, plurimum operæ ad hanc illuſtrandam doctrinam poſuerunt. Illi primi, quod ſciam, illi inquam duo præſtantiſſimi viri Blandrata & Davidis, Latinè editis hac de re libris, Chriſtum è ſepulchro nobis eruerunt; in quod eum Patres illi veſtri, & Papiſmi conditores & architecti, detruſum atque oppreſſum, circumpoſitis ſatellitibus, detinebant. Quare ingenuè fatebor, quod hi mihi ad Evangelii doctrinam, ſimpliciter ut ſcripta & tradita eſt intelligendam, viam quaſi digito intendentes, demonſtrarunt.*

Commentariolus de Cometarum ſignificatione, & diſſertationes novæ de Cometis. Baſileæ a. 1579. 4°.

Epiſtolæ medicinales in Laurentii Scholtzii epiſtolarum philoſophicarum, medicinalium ac chymicarum volumine. Francofurti, a. 1598. & Hanov. 1610.

Poëmata tomo 2. Delic. Germ. Hæc omnia in Indice Hiſpanico expurgatorio permittuntur. Cætera prohibentur. Quæ verò præterea ſcripſit, ſunt hæc:

Ora-

Orationes duæ nomine Epiſcoporum Hungariæ in Con-
io Tridentino habitæ, & ibidem impreſſæ.
Eædem denuò, quibus adjuncta ſunt,
Monita Politica, impreſſa Offenbachi a. 1610, 4°.
Vita Cardinalis Poli.
iſtola apologetica ad Maximilianum II. Imperatorem.
Epiſtolæ ejus quædam inter Manutii [ni fallor, ſcribitur
Bibliotheca Geſneriana] epiſtolas leguntur.
Item ut audio, [pergit dicta Bibliotheca a. 1583, edita] quæ-
n ſcripſit de Trinitate, quæ nondum in publicum edidit.
Dionyſii Halicarnaſſæi ad Q. Ælium Tuberonem de Thu-
lidis hiſtoria judicium, Latinè reddidit: impreſſum eſt
netiis ab Aldo.
Notæ duplices in Fauſti Socini diſputationem de Baptiſmo
iæ: diſputationi huic annexæ
Epiſtola ad Ioannem Volfium Tigurinæ eccleſiæ mini-
um. Cracoviâ a. 1569, die Pentecoſtes ſcripta.
Epiſtola ad Theodorum Bezam, ſcripta Cracoviæ a. 1570,
l. Aug. in quâ diſputatur, an Eccleſiæ nomen ſoli Refor-
tæ conveniat. Heidelbergæ a. 1593. 8°.
Epiſtola ad Iohannem Laſicium Equitem Polonum, in
â de divinâ Triade diſputatur; ſcriptâ Cracoviæ a. 1571,
9 Iunii: impreſſâ ex Bibliotheca Gomari; & poſtea cum
ione Mareſii.
Eadem Belgicè a. 1668. 4°.
Epiſtola ad Petrum Melium Paſtorem Debrecinenſem in
ngaria. Cracoviâ a. 1571. die 30 Ianuarii.
Epiſtola ad eundem ibidem, eòdem anno, die 22 ſeptem-
b, data.
Epiſtola ad Ioſiam Simlerum & Ioannem Volfium Theo-
los Tigurinos. Cracoviâ a. 1572, 7 Iulii.
Epiſtola ad Petrum Carolium concionatorem Varadien-
ſe. Cracoviâ, a. 1572, Calendis ſextilis.
Epiſtola ad Theodorum Bezam Vezelium: in quâ con-
feſſionem fidei ſuæ de Deo Patre, Filio & Spiritu Sancto,
proponit; & Athanaſii Symbolum caſtigat. Finis hujus
epiſtolæ deſideratur: ſed in dicta Confeſſione mentionem
, Refutationis Iohannis Sommeri quæ prodiit a. 1582,
ad quam Bezam remittit. Omnes hæ quas memoravimus
epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

epiſtolæ impreſſæ ſunt in Bibliotheca fratrum Polonorum Unitariorum, adjunctæ epiſtolis F. Socini.

Epiſtolæ ad Fauſtum Socinum: ſcriptæ a. 1580, 1582, &c. M S.

Epiſtola ad Iuſtum Lipſium, Breſſâ 17 Martii, 1584. prima inter epiſtolas clarorum virorum ad Lipſium.

Epiſtola de hæreticis non perſequendis & capitali ſupplicio afficiendis. Chriſtlingæ, 1584, 8°. Eandem arbitror eſſe quæ cum Bezæ epiſtola adjuncta eſt Mini Celſi Senenſis (ſub cujus nomine Lælius Socinus Senenſis latere perhibetur) de eadem materia libro: Scripta Cal. Aug. a. 1570. edita 1584. 8°.

Epiſtolæ ad varios, M S.

Uſus etiam ſum Dialogis Bernardini Ochini, qui è Bibliotheca Ampliſſ. viri Iohannis Peſſeri Roterodamenſium Conſulis (qui talium librorum amator fuit) prodierant; in quos Dudicius manu ſua notas ſcripſerat. Quod idem ante eum fecerant, in eodem codice Valentinus Gentilis & Georgius Blandrata: quorum ſcripturas ipſe Dudicius (nomine ſuo initio libri, ceu poſſeſſoris adſcripto) notas fecit, ſubſcribendo iis; *manus V. Gentilis Bernæ decollati*: item, *Blandratæ manus*.

FAUSTUS SOCINUS Senenſis Italus. Alexandro Socino JC o. patricio Senenſi, Lælii germano, & Agnete Burgeſii Petruccii Senarum Principis filia genitus: ac proinde plurimis Italiæ principibus ac magnatibus, ut & Pio II & III, nec non Paulo V, maximis Romanorum Pontificibus ſanguine junctus. Conſumtis duodecim annis in aula Florentina Magni Ducis Hetruriæ, gratia ipſius cæterorumque Italiæ procerum poſthabita, opibuſque ac poſſeſſionibus ſuis (quæ ei poſtmodum, tanquam hæretico, Pontificis Maximi decreto prorſus ablatæ ſunt) ſponte relictis, è patria anno 1574 in voluntarium diſceſſit exilium. Atque variis peragratis oris anno 1579, in Poloniam venit, illicque commorandi ſedem fixit. Natus eſt Senis a. 1539. die 5 Decembris, horis ferè $2\frac{3}{4}$ ante ſolis exortum. Denatus a. 1604, die 3 Martii, in pago nomine Luclawrice, ſito in Palatinatu Cracovienſi, ibidemque terræ mandatus eſt. Vitam ejus ſcripto conſignavit Samuel Przipco-

vius

…us Eques Polonus, quæ cùm alias, tum operibus ejus, … Bibliotheca Fratrum Polonorum Unitariorum, præfixa …eritur.

Auctor ipſe de ſuis operibus, in epiſtola ad Chriſtopho…rum Morſtinium Philipoviæ Satrapam affinem ſuum, Cra…viâ a. 1595, 3 Febr. ita ſcribit; *Labores mei hactenus edi…, ni fallor, ſunt iſti:*

*Reſponſio ad Palæologum pro Racovienſibus.*

*Diſputatio de loco VII, cap. ad Rom.*

*Animadverſiones in Theſes Collegii Poſnanienſis.*

*Diſputatio adverſus Volanum.*

*Examinatio argumenti pro Trino & Uno Deo, unà cum re…ſione perbrevi ad quaſdam theſes.*

*…ynopſis Iuſtificationis noſtræ per Chriſtum.*

*De fide & operibus, quod attinet ad juſtificationem no…m.*

*De auctoritate S. Scripturæ.*

*Reſponſio prior ad Theſes duas Franciſci Davidis de non in…vando Chriſto.*

*Explicatio initii Evangelii Iohannis.*

*Antiwujekus Polonicus, & nuper*

*Diſputatio de Ieſu Chriſto Servatore.*

*…atinus Antivujekus* inquit, *eſt adhuc ſub prælo.* Hæc … Socinus d. l. Cæterùm hæc ipſa & alia ejus opera, …ta ſunt (quantùm indagare potuimus) hoc ordi…

…revis explicatio initii primi capitis Evangelii Johannis, … incipit; *Quoniam quæ dicenda ſunt*: cum præfatione præ…. Conſcripta eſt circiter anno 1562, prout id ex ipſo So… patet: ſic enim ad Dudithium a. 1580, 3 Non. Decemb. …coviâ, de ſcriptis ſuis agens ſcribit. *Neſcio an unquam …is tuis oblata ſit brevis quædam explicatio initii primi capi… Evangelii Iohannis, à Zanchio & Beza, & ex parte à …mis iſtis, Lælio adſcripta: ea vero jam ante annos octo…dem ex officina noſtra prodiit.* Et in libro contra Eutropium, …a a. 1584, conſcripto, cap. 4. memorat explicatio… primæ partis primi cap. S. Joh. quæ ante annos circi… viginti duos conſcripta, & poſtmodum edita, mox …nicè quoque παραφραστικῶς converſa atque edita, fuerit.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Porrò falſò opus hoc Lælio adſcriptum eſſe, fuſius ſupra demonſtravimus ſub Lælio Socino: quem præter Paraphraſin, cujus d.l. libri contra Eutropium Fauſtus Socinus facit mentionem, in primam partem primi cap. S. Joh. Evangelii, aliquid ſcripſiſſe, non liquet. Memoratam explicationem inveni impreſſam in opere quodam Tranſylvanorum, quod in primordiis reformationis ab eis in lucem emiſſum, in quo conſtituebat libri ſecundi partem primam, præfixam habens præfationem. Franciſcus Junius quoque eandem ſinè præfatione & in reliquis minus auctam, prout M S. ad eum pervenerat, edidit. Eadem à Hieronymo Moſcorovio in lucem emiſſa eſt, Racoviæ a. 1618. 8°. adjectis, cap. IX. ad Romanos & aliorum quorundam S. Scripturæ locorum explicationibus. Eidem adduntur, ad Martini Czechovicii contra hanc explicationem objecta, Socini reſponſiones.

Eadem in Polonicum tranſlata eſt, prout ipſe Socinus d. l. libri contra Eutropium & in memorata epiſtolâ ad Morſtinium, docet: ubi poſtquam dixit, *Labores mei hactenus editi ſunt iſti*, &c. ſubjungit; *Explicatio initii Evangelii Iohannis, quæ Polonicè quoque fuit edita, multò antequam huc advenirem.* Hujus tranſlationis Gregorius Pauli Breſinenſis auctor fuiſſe perhibetur.

Eadem Belgicè a. 1664. 8°.

Annotata in aliquot locos difficiliores Novi Teſtamenti, M S. Quæ in Belgio a. 1598, ipſi ablata ſunt, & cum ipſo Novi fœderis codice, in quo hæc notaverat, unà cum aliis libris combuſta ſunt.

Animadverſiones in Philoſophiam, quatenus ſcilicet in Theologiæ fines irrupit, &c. M S.

Metaphyſica. M S.

Epiſtola ad D. Bernaudum. M S. cujus meminit F. Socinus in epiſtola ad Valentinum Radecium, ſcripta a. 1603.

Contra Hutterianos, ſeu Moravienſes Communiſtas libelli. M S. Poſt obitum ipſius à Johanne Franco poſſidebatur.

Hæc ſequentia etiam opuſcula, elaboravit ac in lucem edidit, unà cum Andrea Voidovio: cum quo anno 1598, in Belgium miſſus eſt. Sed non multò poſt inde decreto Ordinum Generalium, ex ſententia Facultatis Theologicæ Leidenſis (quæ doctrinam eorum blaſphemam, impiam, & verèTurcicam eſſe pronunciavit) libris quos ſecum habebant ad rogum damnatis, exacti; Jactis illis doctrinæ Unitariorum ſeminariis, diſceſſerunt.

Compendiolum doctrinæ eccleſiæ Chriſtianæ nunc in Polonia potiſſimum florentis. Ereptum eis fuit, teſte Cloppenburchio, in Belgio cum cœteris libris: poſt verò a. 1530, excuſum. Id Compendiolum eſt quod memoratus Johannes Cloppenburch S. Theologiæ Doctor & Profeſſor in Friſiorum Academia, confutat.

Idem Belgicè ſub hoc titulo.; **Cort begrijp van de Leere der Socinianen.** i. e. Compendiolum doctrinæ Socinianorum. Alii tamen haud immeritò Conradum Vorſtium opuſculi hujus autorem, ab eoque tractatum hunc ex Socinianorum (ut audiunt) ſcriptis, concinnatum eſſe, perhibent: in cujus M S. libellus is talem habet præfixum titulum; *Summa doctrinæ Sarmatarum.*

Apologia, ad decretum Illuſtrium & Ampliſſimorum

Ordinum provinciarum fœderatarum Belgii, editum contra Chriſtophorum Oſtorodum, & Andream Voidovium, die 3 Septemb. a. 1598. Scripta a. 1599, menſe Auguſto, edita verò (in Friſia ut refert Cloppenburgius) primùm Belgicè 4°. poſt Latinè, 4. a. 1600, menſe Februario.

ANDREAS VOIDOVIUS Polonus, Paſtor cœtus Lublinenſis, poſt Racovienſis. Floruit jam anno 1583, quo F. Socinus ad eum ſcripſit. Anno 1597 nonnullos Nobiles Polonos ſtudiorum gratia Lugdunum Batavorum deduxit: ad quos viſitandos, dum ſequenti anno cum Chriſtophoro Oſtorodo (prout modò memoravimus) proficiſcitur, libri quos ſecum habebant ipſis adimuntur, ac publicè comburuntur, ipſique protinus Belgio diſcedere coguntur.

Sententia ſua de Deo & Chriſto, nec non quædam alia ad religionem Chriſtianam pertinentia in gratiam cujuſdam ſui amici, (prout ipſi tunc homo ille videbatur) in Belgio a. 1597, ſcripta. M S. Scripti hujus mentio fit, in modo memorata Apologia.

De viſionibus Apocalypticis, cap. 13. & 17. ſub nomine Roberti Janſſonii Campenſis. Claudiopoli a. 1625. 8°. & alibi itidem 8°.

Notæ M S. in Petri Hyperphrogeni Gandavenſis Hiſtoriam de morte Michaelis Serveti.

Elenchus locorum S. Scripturæ N. Teſtamenti, quæ pro aſſerenda S. S. Trinitate & æterna Filii Dei Deitate adferuntur, per contrarias Patrum & Doctorum tam Romanæ quam Auguſtanæ & Reformatæ eccleſiæ interpretationes. Opus Voidovii & variorum aliorum, M S. Credo hoc opus eſſe idem cum illo, cui talis tribuitur titulus: *Andreæ Voidovii Triado-machia, in qua ex variis auctoribus Trinitariorum, & eorum interpretationibus locorum ſacræ Scripturæ in ſpeciem huic errori faventium, verùm ſenſum & interpretationem collegit.* M S. Idem etiam ſcriptum reor eſſe cum illo, quod, *Sylloge locorum de Trinitate* nominatur.

Scripta quæ unà cum Chriſtopho de Oſtorodo concinnavit, ſupra ſub Oſtorodo collocavimus.

PETRUS STATORIUS alias STOINSKI, quod nomen cum jure Nobilitatis Polonicæ adeptus eſt.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

ſtri Statorii Thonvillani filius : Gregorii Pauli Breſinenſis
gener. Cœtus Luclavicienſis ; & hinc Racovienſis Paſtor.
Obiit a. 1605, vix quadragenarius.
Diſputatio, quam a. 1592, Lublini cum Radziminio
aliiſque Ieſuitis, in eorum templo, præſentibus ſummi
Tribunalis Regni Poloniæ Iudicibus, per biduum habuit.
Colloquia cum Farnovio & Wisnovio, de exiſtentia
Chriſti Domini ante matrem ſuam, a. 1593, habita.
Pol. M S.
Anti-Wujekum Fauſti Socini in Polonicum tranſtulit, a.
1592, quo etiam anno à Socino conſcriptus fuit. Memoratus Polonicus a. 1593, in 8°. Latinus verò demum biennio poſt, anno nimirum 1595, in lucem prodiit.
Defenſio ſententiæ F. Socini de Jeſu Chriſto Servatore contra ſcriptum Gregorii Zarnovecii Evangelicorum miniſtri, cui titulus *Apocataſtaſis*: cui adjuncta eſt, Præfatio ad lectorem, in qua ſummatim fit confeſſio, de unico Deo, & de Filio ejus, & de Spiritu Sancto; inprimis verò, quonam pacto per mortem Chriſti Domini, peccata noſtra ſint expiata. Pol. 4°.
Reſponſio ad librum Martini Smiglecii Jeſuitæ, in quo probare conatur prææternitatem divinitatis Chriſti. Pol.
Oratio ſeu Concio, quâ Fauſto Socino a. 1504, parentavit. Pol. M S.
Eadem Latinè reddita. M S.
Conciones in varia loca Sacræ Scripturæ, præſertim in magnam partem Evangelii S. Johannis. Pol. M S.
GEORGIUS ENIEDINUS Hungarus, Superintendens eccleſiarum Unitariarum in Tranſylvania, & Gymnaſii Claudiopolitani moderator. Innotuit a. 1587. Obiit a. 1597, die 28 Novemb. in ipſo ætatis flore.
Explicatio locorum Scripturæ veteris & novi Teſtamenti ex quibus Trinitatis dogma ſtabiliri ſolet. Excuſa primùm in Tranſylvania 4°. ac ibidem prohibita, multaque ejus exemplaria publicè combuſta: poſtea denuò impreſſa in Belgio, 4°. neutri editioni locus tempuſve addita ſunt.
De Divinitate Chriſti opus quoddam ei tribuit Scherzerus.
Eidem quoque adſcribuntur
Explicatio locorum Catecheſis Racovienſis. Item,

Præ

Præfatio in Novum Teſtamentum verſionis Racovianæ. Verùm mortuus eſt Enjedinus, antequam Catecheſis Racoviana quæ nunc extat, Valentini Smalcii & Hieronymi Moſcorovii potiſſimùm opera concinnata, in lucem prodiret: niſi forte intelligatur prima illa Catecheſis Racovienſium, de qua ſub Gregorio Pauli & Fauſto Socino egimus. Porrò verſionem novi Teſtamenti Racovianam, præter Smalcii Polonicam, & Crellii ac Stegmanni Germanicam, quorum utraque poſt Enjedini obitum facta eſt, aliam extitiſſe, me prorſus latet. Dubito igitur valde, an memoratorum ſcriptorum, inprimis verò poſterioris, jurè auctor eſſe aſſeratur.

JOHANNES LICINIUS Namyſlovienſis Sileſius, Rector ſcholarum Dn. Kiszkæ Caſtellani Vilnenſis, &c. & Paſtor Novogrodenſis in Lithvania.

Anatomia & OEconomia hominis Chriſtiani, Vilnæ a. 1592. Pol.

Diſputatio Novogrodienſis, cum Martino Smiglecio Ieſuita habita a. 1594. conſcripta per Ioſephum Domaniewski impreſſa apud Bolemowski.

Brevis tractatus de Diſputatione Vilnenſi habita cum Jeſuitis. 4°.

Objectiones contra Georgii Zranovecii clypeum veritatis de æternitate Filii Dei.

Poſtilla Polonica. M. S.

ALBERTUS CALISSIUS Rector Gymnaſii Levartovienſis.

Diſputatio Levartoviæ a. 1592, habita, cum Radzimino Ieſuita: qui propoſuerat Theſes contra Ebionitas, Samoſatenianos & Arianos, probans Ieſum Chriſtum non tantum verum hominem, ſed etiam verum eſſe Deum: item contra Sacramentarios, de ſacramento corporis & Sanguinis Chriſti: quas oppugnarunt Albertus Caliſſius Rector Levartovienſis, Gregorius Miniſter Levartovienſis, Franciſcus Kurowſki & Iohannes Niemojovius

WOLFGANGUS SCHLICHTINGIUS in Bukowietz, Eques Polonus, Pater Ionæ Schlichtingii. In lucem emiſit librum ſub hoc titulo:

*Antwordt der gemeine des Herren Ieſu Chriſti zum Schmi-*

*gel*

*l, auff den beweis, verſtand, und erklerung, des Apo-liſchen glaubens, des Edlen nnd Erenfeſten Hernn Sigmund Schlichtig auff Starpel, ſo ſein E. kegen die ſelbe gemein verſchienenen* 1592 *Iahre offentlich in druck vorfertigen ſen.* 1693. 8$_o$. I. c. Reſponſum eccleſiæ Domini Ieſu riſti quæ eſt Smiglæ, ad probationem, opinionem, & plicationem ſymboli Apoſtolici, Generoſi Dn. Sigiſmun- Slichtingii in Starpel, quam contra dictam eccleſiam, 92 anno, publicè imprimi curavit. Præfixa eſt cœtus morati præfatio ad lectorem. Quam ſequitur alia, ſeu ptum Wolfgangi Schlichtingii, ad memoratum ſuum gnatum, Generoſum Dn. Sigiſmundum Schlichtingium, & ad cæteros ſuos conſanguineos ejuſdem familiæ & no-nis.

ELIAS ARCISSEVIUS Eques Polonus, Do-nus Smiglæ, & eccleſiæ quæ ibidem colligebatur Paſtor. Præfatio in F. Socini librum de Ieſu Chriſto Servatore: em in lucem emiſit a. 1594.

CHRISTOPHORUS MORSTINIUS E-es Polonus, Satrapa (Capitanus Vulgò dicitur) Philip-ienſis. Germanam ejus F. Socinus in matrimonio habuit. Epiſtolæ ad Fauſtum Socinum, MS. ad quas Socini re-nſiones inter ipſius epiſtolas reperiuntur: quarum pri- ſcripta eſt, 5 Iunii, a. 1593.

Literæ ad Senatum Gedanenſem: datæ in conventu Bie-ſi, cum frequente nobilitate, Illuſtris & Magnificus . Iohannes Wielopolſki, Præfecturam Biecenſem in-, 1 Mart. 1639. In quibus interceditur pro Martino ro, ne urbe eorum ob religionem ſuam exigatur. Sub-ptio earum talis eſt, *Veſtris Ampliſſimis Dignitatibus, ibus debitis amicitiæ ac benevolentiæ ſtudiis officiïsque de-ti, ſuo ac cæterorum Fratrum nomine: Chriſtophorus rſtin à Raciborſko, Capitaneus Philippovienſis: Ioannes à iberſtin Blonski Illuſtris & Magnifici Martini Zborowski utis in Melſtin, nunc in exteris degentis locum tenens: Io-es Wierzbieta à Bielſke. Audreas à Bebelno Goſllawſki: dreas Chriſtianus Moſcorovius à Moſkorow: Alexander akowiki à Sierakow: Ioannes Taſſicius de Luclawice: nesCikowski de Wojſlawice: Venceſlaus Pripkowski depri-ko-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*ſlawice: Venceſlaus Pripkowski de Pripkowice:Ioannes Pripkowski de Pripkowice:Stephanus Pripkowski de Pripkowice.* Exemplum harum literarum, impreſſum eſt, in M. Ruari epiſtolarum ſelectarum centuria altera: Amſtelodami a. 1681.

IOHANNES VOLKELIUS Grimminenſis Miſnicus Eccleſiæ Philippovienſis, poſt Smiglenſis Paſtor. Extant ad eum epiſtolæ F. Socini, quarum prima ſcripta eſt, 3 Aprilis a. 1593.

Diſſolutio Nodi Gordii, à Martino Smiglecio Ieſuita nexi. Racoviæ a. 1613, 8°.

Peſponſio ad vanam refutationem diſſolutionis Nodi Gordii à Smiglecio nexi. Racoviæ a, 1613, 8°.

De Vera Religione libri quinque: quibus præfixus eſt Iohannis Crellii Franci, liber de Deo & ejus attributis, ita ut unum cum illis opus conſtituat. Racoviæ typis Sebaſtiani Sternacii. a. 1630. 4°.

Item, Amſtelodami apud Blau. 4°. Ubi Magiſtratus juſſu exemplaria hujus codicis, typographo ablata, & 20 Ianuarii anno 1642, publicè combuſta ſunt.

Iidem cum refutatione Mareſii. Groningæ a. 1642. 4°

Item Belgicè, Rotterdam 1649. 4°. Relatum mihi eſt à fide dignis viris, in Galliis pro uno exemplari horum librorum, ob penuriam eorum, perſolutos fuiſſe 25 nummos Hungaricos aureos.

Loci communes.

Conciones quædam, earumque diſpoſitiones. MS.

De Diſciplina Eccleſiaſtica librum quendam ei tribuit Scherzerus.

ERNESTUS SONERUS Norimbergenſis, Profeſſor Phyſicæ & Medicinæ Altorfii. Iohannis Crellii præceptor. Floruit anno 1603: obiit anno 1612.

Diſputatio contra Matthæum Radecium de immortalitate animæ. MS

Demonſtratio Theologica & Philoſophica, quòd æterna impiorum ſupplicia non arguant Dei juſtitiam, ſed injuſtitiam a. 1654. 12°.

Idem Belgicè. **Bewijs dat de ſtraffen der verdoemden niet oneyndig ſullen zijn.**

Argumenta ad probandum, ſolum Deum Patrem eſſe illum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

m Deum Iſraelis.
Diſputatio de prædeſtinatione.
Tria problemata.
Explicatio verſ. 6 Actor. XXVI.
De unitate animarum & de intelligentiis.
Appendix ad quæſtionem de unitate animarum poſt ſeparationem à corpore. M S.
De cœna Domini. M S.
Contra Albertum Graverum de Satisfactione.
Diſputationes & commentarius in Metaphyſicam Ariſtotelis.
Vide plura de hoc auctore apud Könjgium, in Bibliotheca Veteri & Nova.
CHRISTOPHORUS DINDERSTADIUS.
De promiſſo Ieſu adverſus Iudæos.
CHRISTOPHORUS EOUS.
*Von der Kirchen Chriſti.* M S. I. e. De Eccleſia Chriſti.
IACOBUS SIENINIUS à Sienno, Eques Polonus, Palatinides Podoliæ, Toparcha Racoviæ. Anno [illegible]o, inſtituit diſputationem inter Reformatos (in quorum religione educatus fuit) & Chriſtianos Unitaros: quorum rationes cum ei præponderare viderentur, ipſorum ſacra amplexus eſt. Atque in eorum [illegible]n, Racoviæ gymnaſium bonarum artium erexit: quod [illegible]modum ad invidiam uſque floruit: ita ut plerunque [illegible]enarium æquaret numerus juventutis illic ſtudiis ope[illegible]dantis. Fuit jam ſeptuagenarius, cùm dicta ſchola, [illegible] cum eccleſia ac typographia Racovienſi anno 1638, [illegible] ſtudioſorum quorundam ſcholæ petulantiam) [illegible]retur. Cui facto unum adhuc ſupervixit annum. Poſt [illegible] caſus, Racovia adeò decrevit, ut tantum nil remaneat, [illegible] magni nominis umbra. Dominium ejus penes viduam Chriſtophori Wiſſowatii, memorati Palatinidæ Podolienſis filio genitam, nunc eſſe fertur: quæ poſt mariti obitum, [illegible]ata avita & paterna religione, atque Pontificiorum ſa[illegible] amplexa, Racoviam hæreditario jure occupavit.
Dedicatio libri Valentini Smalcii de Divinitate Ieſu Chriſti,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Sigiſmundo III. Regi Poloniæ, &c. Racoviæ a. 1680. 1 Septembr. 4. Pol.

Præfixa eſt etiam Dedicatio hæc, libro Fauſti Socini de Auctoritate ſacræ ſcripturæ per T. R. Camphuyſium in Belgicum tranſlato.

Orationes in Comitiis Regni habitæ. M S.

Epiſtola ad Rembertum Epiſcopium (Simonis Epiſcopii germanum) Germanicè. M S. Autographum ejus eſt penes hæredes memorati Epiſcopii.

CONRADUS VORSTIUS Colonienſis, Profeſſor Steinfurti, unde Lugdunum Batavorum a. 1610 ad idem munus gerendum, evocatus eſt ac Iacobo Arminio ſucceſſor deſignatus. Natus Coloniæ Agrippinæ a. 1569, 19 Iulii. obiit Tonningæ 1622. 29 Sept. al. 9 Octobris. Diu dubius fui num iſtum auctorem, huic catalogo noſtro meritò inſererem. Verùm dubitationem hanc, præter alia, ſuſtulit, cum legiſſem confeſſionem fidei manu ipſius moribunda exaratam: in quâ haud obſcurè prodit, quæ ejus de Deo ac Chriſto Domino fuerit ſententia. Huc etiam facit, quod in concluſionibus ſynodalibus Fratrum Polonorum habeatur, Vorſtium ab ipſis in Synodo Lublinenſi a. 1600 celebratâ congregatis, vocatum fuiſſe ad gymnaſium Luclavicianum regendum. Inſuper in quanam æſtimatione Vorſtius Sarmatarum Unitariorum ſcripta habuerit, palam eſt.

Diſputationes de Deo; ſeu de natura & attributis Dei. Steinforti. a. 1602. 4°.

Teſſaradecas Anti-Piſtoriana. Hanov. a. 1607. 8°.

Antapodixis de tribus primis fidei articulis. Hanov. 1609, 8°. Ibidem 1665, 8°.

Anti-Bellarminus contractus. Hanov. a. 1610. 4°.

Tractatus de Deo. Steinfurti, a. 1610, 4°. Item Hanov. a. 1610, 4°. In Anglia juſſu Regis Iacobi a. 1611, publicè combuſtus.

Apologetica exegeſis pro tractatu de Deo. Hanov. 1610. 4°.

Eadem Belgicè.

Præfatio in librum Fauſti Socini, de Auctoritate S. Scripturæ: qui ipſius cura in lucem prodiit, ſubjuncta eſt in

calce

alcelibri cenſura ſeu notæ Theologorum Baſilienſium ad tria
ɔca paulo obſcuriora unde errandi occaſio peti poſſet. Stein-
orti a. 1611, 8°.
Notæ in F. Socini Diſputationem de Ieſu Chriſto Serva-
ɔre.
Scholia Alexicaca ad Comm. Sib. Lubberti, cum catalogo
rorum ejuſdem. Steinfurti. 1611. Item Lugduni Batavo-
ım; 1614, 4°.
Waarſchouwinge. I. e. Admonitio. Amſterdam a.
ɔ11, 4o.
De cauſis deſerendi Papatus. Steinfurti. 1611. 4°.
Reſponſio ad Matthæi Sladi Scholaſticam diſceptationem.
ioudæ: a. 1615. 4o.
Amica duplicatio contra Piſcatorem: Goudæ. a. 1617.
°.
In Novum Teſtamentum. Herb. a. 1621. 4°.
In omnes Epiſtolas Apoſtolicas, (exceptis 2. ad Timoth.
l Titum, ad Philemonem, & ad Hebræos) Amſtelæd. a.
631. 4o.
Epiſtolica diatribe & antapodixes. Hanoviæ 1655. 8o.
Summa doctrinæ Sarmatarum: quod opuſculum ſub hoc
ulo; *Compendiolum doctrinæ eccleſiæ Chriſtianæ nunc in Po-
ia potiſſimùm florentis*; anno 1630 editum eſt: idemque
lgicè in lucem emiſſum eſt ſub tali titulo; Kort begryp
an de Leere der Socinianen: I. e. *Compendiolum do-
inæ Socinianorum.* Sub quo titulo libellus is à Cloppen-
rgio refutatur: qui eum, prout ſupra diximus Oſtorodo
Voidovio tribuit. Vorſtii M S. hunc quem primo loco
llocavimus præfixum habet titulum: quod ab ipſo ex
ocinianorum (ut vocantur) libris, concinnatum eſſe perhi-
tur.
Fidei ipſius Confeſſio de Deo & Filio ejus, quam ſupra
emoravimus: manu ipſius moribunda ſubſignata.
VALENTINUS SMALCIUS Gotthanus Thu-
ngus, natus a. 1572, die 12 Martii. Primò Rector
miglæ, deinde Paſtor Racoviæ, poſt Lublini. & tandem
rſus Racoviæ, ubi vita functus eſt a. 1622, die 4 De-
mbris, prout quidam referunt: Crellius tamen, octa-
ım diem Decembris morti ejus aſſignat, in epiſtola M S.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

ad M. Ruarum, a. 1623, die 28 Januarii exarata, ubi ſic ſcribit; *Credo te ex itinere reverſum, etiam antequam has accepiſſes literas, de morte Rev. viri Dni. Valentini Smalcii audiiſſe: itemque de obitu Dni. Benedicti Wiſſowatii, quorum hic è vivis exceſſit 4 Decembris anni ſuperioris, ille octava, hoc eſt poſtridie ejus qua à nobis diſceſſiſtis. Cras ſummo mane, Deo volente, ego cum Statorio noſtro, ad ſepulturam D. Wiſſowatii p. m. proficiſcar. Conſtitutum erat à fratribus, uti unà D. ſmalcii p. m. corpus humo mandaretur; ſed uxor ipſius vidua, ad primam quæ Racoviæ ſit habenda congregationem rem diſtulit.* &c. Extat vita ipſius M S.

*Warhafftige exklährung, aſſ grund der H. Schrift, von des Herren Ieſu Chriſti Gottheit. Rackau.* 1593, 8°. & 12. i. e. Vera declaratio, è fundamento S. Scripturæ, de Domini Ieſu Chriſti divinitate. Neſcio an hic liber diverſus ſit ab eo, qui latine prodiit ſub titulo:

De Divinitate Ieſu Chriſti a. 1608. 4°. Dedicatus à Iacobo Sieninio Palitinide Podoliæ, Sigiſmundo III. Regi Poloniæ.

Idem Polonicè, ab auctore ipſo ex Latino redditus. Racoviæ 1608. 4o. Præfixam habens memoratam Dedicationem.

Idem Germanicè ſub hoc titulo: *Von der Gottlichen Hoheit I. Chriſti grundlicher bericht.* a. 1627. 8°. i. e. De divinitate Ieſu Chriſti ſolida informatio.

Idem Belgice verſus a. 1623. 4°.

Concio quam habuit Racoviæ a. 1605, die 19 Maji, in funere Petri Statorii Iunioris cœtus Racovienſis Paſtoris, & Chriſtophori Brokaji, ſcholæ Racovianæ Rectoris, ex Ioh. X. 21--28. Pol. M S.

Catecheſi vulgò Racovienſi dicto, complectente confeſſionem fratrum Polonorum Unitariorum, ipſe cum Hieronymo Moſcorovio, poſt Fauſtum Socinum & Petrum Statorium juniorem, (prout ſupra ſub Socino innuimus) inſudavit: & ſic prodiit,

Katechizm, in Rakowie, 1605, 12°. Polonicè.

Eadem in Latinum tranſlata à Hieronymo Moſcorovio, ab eodemque Iacobo Magnæ Britanniæ Regi dedicata: edita a. 1609. 12o. titulum ejus ſub Moſcorovio dabimus.

Eadem

Eadem poſtea per viros aliquot in Polonia correcta: ite-
amque interpoſitis compluribus annis, à Iohanne Crellio
ranco, tandem à Iona Slichtingio à Bukowiec, recognita,
: dimidia amplius parte aucta. Præfixa eſt præfatio, ab An-
rea Wiſſowatio & Ioachimo Stegmanno juniore exarata.
ıbjunctæ verò Martini Ruari in Catechiſmum Notæ, cum
:ſponſionibus quibusdam Ionæ Slichtingii. Irenopoli ſum-
ous Friderici Theophili, poſt annum Domini 1659. i. e.
1665 circiter. 8°.

Eadem ab Andrea Wiſſowatio recognita & emendata,
otiſque cùm ſupra memoratorum, tum ipſius & aliorum
uſtrata. Præfixum eſt præter memoratam præfationem,
terius auctoris ad lectorem alloquium. Stauropoli per
ulogetum Philalethem .a1680. 4°.

Eadem Catecheſis prodiit Germanicè, inſcripta Acade-
iæ Wittembergenſi. Racoviæ, a-1612. 12°.

Eadem Belgicè, vertente Johanne Cornelii vulgo Knoll
icto. Hic librum hunc mutilavit, omiſſis capitibus de Ba-
iſmo & cœna Domini, ideoque editionem hanc, Unita-
i pro ſua non agnoſcunt.

Emiſſa itaque eſt plena eadem lingva, cum Slichtingii
Ruari notis, a. 1666. 4°.

Prodiit inſuper contracta

Catecheſis pro parvulis. a. 1612. 12°.

Eadem Polonice. 12°.

Eadem Germanicè, ſub hoc titulo; *Der kleine katechismus,*
*ir ubung der kinder in dem Chriſtlichen Gottes dienſt zu Ra-*
*ıw, Bey Sebaſtian Sternatzki.* 1605. 16°: i. e. Parva
ıtecheſis ad inſtruendos pueros in Religione Chriſtia-
t. Item

Brevis Inſtitutio Religionis Chriſtianæ, 1629. 12°.

Eadem Germanicè ſub hoc titulo; *Kurtzer inhalt der*
*hriſtlichen Religion, fur die kinder und einfeltigen geſtellet.*
633, 12°. i. e Breve compendium Chriſtianæ religionis,
o pueris & rudioribus conſcriptum.

Pudefactio Petri Scargæ Jeſuitæ, ſeu animadverſiones in
us librum, cui titulus; Pudefactio Arianorum Racoviæ.
1606. Pol.

dverſus Hutterianos ſeu Moravienſes communiſtas, ſcriptum,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

gratiam Georgii Hoffmanni civis Smiglenſis. Racoviæ a. 1606, 28 Auguſti. MS. Germ.

Explicatio loci Matthæi XXVIII. à verſu 18 uſque ad finem, in qua comprehenditur refutatio concionis Petri Scargæ Jeſuitæ, quàm a. 1604. Cracoviæ habuit, die S. Trinitatis. Racoviæ a. 1607. Pol.

Liber Pſalmorum Davidis & Hymnorum ſeu Cantilenarum, quo fratres Poloni in eccleſiis ſuis utuntur, editus Racoviæ a. 1610, 12o. item a. 1625, 12°. ab ipſo potiſſimùm concinnatus eſt.

Dedicatio, Fauſti Socini Prælectionum Theologicarum, Academiæ Heidelbergenſi. a. 1609. Cal. Septemb.

Brevis explicatio initii Evangelii Johannis Pol. a. 1607. ejuſdem ſecunda editio a. 1613. 4°.

Eadem Germanicè, ſub hoc titulo; *Kurtze auſſlegung uber den anfang des Evangelii des H. Iohannis, Rakau.* 1611. 8°.

Eadem Belgicè. a. 1611. 8°

Annotationes in totum Novum Teſtamentum, excepta Apocalypſi S. Johannis: cœptæ ſcribi a. 1612, 11 Maji, hora 19. 3. vol. in 4°. MS. Poſſidebat eas Johannes Hartigveldius Rotterodami in Batavia.

Defenſio Anonymi cujuſdam, [*qui eſt Fauſtus Sòcinus*] de eccleſiâ & miſſione miniſtrorum tractatûs, adverſus reſponſionem Andreæ Miedzibozii: ſub nomine Theophili Nicolaidis. Racoviæ a. 1612. 8o. Ex ſententia Stephani & Gedeonis Curcellæorum (patris & filii) Johannes Volkelius latet ſub nomine Theophili Nicolaidis: verùm Andreas Wiſſowatius, qui ipſum Smalcium noverat, narravit mihi, ſe certò ſcire, ipſum hujus libri auctorem eſſe, patremque Nicolaum nomine habuiſſe: idem & alii mihi confirmarunt.

Scriptum, quod ſimul cum Hieronymo Moſcorovio, Mennonitis Dantiſci tradidit: in quo eos ad unionem cum fratribus Polonis ineundam ſollicitant, modumque quo id fieri poſſit oſtendunt. a. 1612, die 21 Aprilis, MS. Pol.

Reſponſio ad librum Smigleci Jeſuitæ, cui titulus; *Nova monſtra novi Arianiſmi.* Racoviæ. a. 1613. 4°.

Re-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Refutatio diſputationis Alberti Graveri de Spiritu Sancto, .coviæ. a. 1613. 4°.

Reſponſio ad librum Ravenſpergeri, cui titulus; *Par ... m ſophiſmatum Socinianorum, ad amuſſim veritatis ex- ... inatorum*, Racoviæ, a. 1614. 4°.

Refutatio theſium Schopperi de SS. Unitate divinæ eſſen- ..., & in eadem SS. perſonarum Trinitate. Racoviæ, a. ..14. 4°.

Idem Belgicè, a. 1664. 8°.

Refutatio theſium Graveri de incarnatione filii Dei. Raco- v.. a. 1614. 4°. Neſcio verò certò, an hic liber diver- ſi ſit ab illo quem ita allegatum inveni; *Refutatio theſium* ... *veri, quibus incarnationem æterni Dei Filii ab impugna- ... bus noſtrarum eccleſiarum vindicare voluit.*

Reſponſio ad librum Ravenſpergeri, cui titulum fecit; *... myſteria unitatis eſſentiæ divinæ.*

Refutatio libelli Smiglecii, cui titulus; *Verbum caro ... um eſt: ſive de divina Verbi incarnati natura.* Racoviæ, a. 1614. 4°.

Refutatio theſium Frantzii de præcipuis religionis Chri- ..æ capitibus. Racoviæ. a. 1614. 4°. item in 8°.

Notæ in libellum Smiglecii, quem *refutationem vanæ diſ- ... tionis Nodi ſui Gordii* appellat: ſub nomine A. R. id eſt A..reæ Reuchlini. Racoviæ, 1614, 4°. Scherzerus aucto- re vocat Andream Radecium, quod unde habeat mihi in- ..ipertum eſt, neque enim de Andrea Radecio quidquam ..udivi.

.d Iſaacum Caſaubonum parænefis, ſub nomine An- ..e Reuchlini. Racoviæ. 1614. 4°.

Tractatûs de Eccleſia & miſſione Miniſtrorum R. D. ..kowſki: Quo Socinum cum Theophilo impugnare, & ..dzibozium defendere conatur; Brevis refutatio: Scripta ..eodem Theophilo Nicolaidⁱ, menſe Martio anni 1614, R..oviæ typis Sternacianis, 4°.

Dedicatio, Commentarii Fauſti Socini in 1. epiſtolam S. Jo- ..nis, Senatoribus Argentoratenſibus a. 1614. Novembr. 20.

Examinatio centum errorum, quos Smiglecius ex dua- bu.. libri adverſus monſtra ipſius editi, partibus, colle- .. Racoviæ. 1615. 4°.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Homiliæ X. Super initium cap. I. Evangelii S. Johannis. Racoviæ, a. 1615. 4°.

Eædem Belgicè: redditæ per Camphuyſium: X. **Predicatien over Joh. 1. vertaald door** D. R. **Camphuijsen.** a. 1631. 4.°

Paraphraſis initii Evangelii S. Johannis.

Refutatio diſputationis Graveri de perſonâ Chriſti, Racoviæ. a. 1615. 4°.

Refutatio librorum duorum Smiglecii, quos *de erroribus novorum Arianorum* inſcripſit. Racoviæ. 1616. 4°.

Examinatio 157 errorum, quos Martinus Smiglecius Jeſuita, in libro contra Monſtra ab ipſo conficta edito, collegit. a. 1616. 4°.

De Chriſto vero & naturali Dei Filio, liber, oppoſitus ei, quem ſub eodem titulo M. Smiglecius Ieſuita edidit, cui adjuncta eſt, Refutatio libri ejuſdem Smiglecii de Satisfactione Chriſti. Racoviæ. 1616. 4°.

Refutatio orationum Vogelii & Peuſchelii Altorfii habitarum. Racoviæ. a. 1617. 4°.

*Odpowiedz na Xiazke Iakuba Zaborowſkiego, ktoreg dal tytul*, Ogien z woda *w Rakowie*. 1612. 4°. i. e. Reſponſio ad librum Iacobi Zaborovii, cui titulum dedit, *Ignis cum Aqua*. Dedicatus à Smalcio, Romano Hoſcio Archicamerario Wlodimiriensi, 1 Aug. 1619. Liber is in lucem emiſſus eſt, à memorato Zaborovio Reformatorum concionatore, tempore quo unitarii eos ad concordiam ſecum ineundam invitabant.

Odpowiedz na dwa Paſquiluſe, &c. i. e. Reſponſio ad duos Paſquillos, qui nuper emiſſi ſunt ab Evangelicis, contra hos qui injuſtè Ariani vocantur: ſcripta ab uno Seniorum hujus Eccleſiæ contra quam ſcripti ſunt. Racoviæ a. 1619, 4°.

Verſio Novi Teſtamenti è Græco in Polonicum. Racoviæ a. 1620. 12°.

Contra Scargæ Ieſuitæ poſthumum libellum, cui titulus; *Meſſias Arianorum ſecundum Alcoranum Turcicum*. Pol.

Si Scherzero credimus, etiam ſequentes tres libri Smalcio adſcribendi ſunt.

Notæ in librum Smiglecii de vocatione miniſtrorum, ſub nomine

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

mine Andræ Reuchlini. Verùm id opus idem reor eſſe n ſupra memorato, Racoviæ a. 1614, 4°. edito.

Diſputationes in Auguſtanam confesſionem.

De loco Ioh. VIII. & X.

Ejuſdem auctoris ſunt etiam hæc ſequentia inedita.

Explicatio plenior & accuratiſſima in Matthæi capita tria ima. M S.

Analyſis & explicatio Ioh. XVII. MS.

Analyſis 1. Epiſtolæ ad Corinthios. M S.

Concio in Matth. XVI. à verſu 21, ad finem M S, & aliæ

Conciones variæ. M S.

Narratio geſtorum in Synodo Novogrodenſi, ſuper converſia de Chriſti invocatione. M S.

Vita autographa. M S.

De Actis Racovienſibus ab eo conſcriptis, ut & colloüs in ædibus ejus habitis, agemus ſub *Auctoribus Anonis*,

HIERONYMUS MOSCOROVIUS à Moſcow, Eques Polonus, antiquâ illuſtri proſapia Ducum ſiorum de Svidua Comitum de Dobczyce, oriundus: dreæ Dudicii gener, eccleſiæ Czarcovianæ fundator ac ronus, ad Comitia Regni ex Equeſtri ordine ſæpius deatus. Huic Fauſtus Socinus a. 1595, librum contra ſimum Johannis inſcripſit. Obiit a. 1625, 19 Julii.

Contra Johannem Petricium Miniſtrum Evangelicum. coviæ a. 1602. Pol.

Catecheſis Racovienſis editioni, ipſe cum Valentino Smal incubuit, eandemque è Polonico (quæ a. 1605 edita ) in Latinum traduxit, ac dedicavit Jacobo Magnæ Briniæ Regi. Ejuſdem eſt præfatio interpretis ad Lectorem. ulus hujus Catecheſeos talis eſt: *Catecheſis Eccleſiarum in Regno Poloniæ & magno Ducatu Lithvaniæ & aliis ad d Regnum pertinentibus provinciis, affirmant, neminem ali præter Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, eſſe Unum illum um Iſraëlis; hominem autem illum Nazarenum qui ex vir natus eſt, nec alium, præter aut ante ipſum, DEI FIUM Unigenitum, & agnoſcunt & confitentur.* Racoviæ 1609. 12. Hæc Catecheſis a. 1653, menſe Aprili,

decreto Parlamenti in Anglia igni adjudicata eſt. De aliis hujus Catecheſeos editionibus & verſionibus, egimus ſub Sſmalcio, & adhuc agemus ſub J. Crellio, J. Slichtingio, M. Ruaro, & A. Wiſſowatio.

Sublatio pudefactionis, quam inferre conatus eſt eccleſiæ Chriſti, Petrus Scarga Jeſuita. Racoviæ a. 1607. Pol.

Sublatio ſecundæ pudefactionis Petri Scargæ Jeſuitæ. Racoviæ, a, 1610. Pol.

Dedicatio, Diſputationis Fauſti Socini de ſtatu primi hominis ante lapſum, Mauritia Landgravia Haſſiæ. Scripta a. 1610, Cal. Martii.

Reſponſio ad librum Gurſcii Pontificii ſacerdotis, cui titulum dedit; *Revelatio impudentiæ Arianorum*. Scripta a. 1611. edita a. 1617. Pol.

Scriptum quod una cum Valentino Smalcio exaravit ac Mennonitis Dantiſcanis tradidit, eos ad unionem cum Eccleſiis Polonicis faciendam cohortans, modumque quo ea fieri poſſit commonſtrando. a. 1612, die 21 Aprilis. M S.

Refutatio Appendicis, quam Smiglecius libro, cui titulum dedit, *Nova monſtra novi Arianiſmi*, appoſuit, & auctori oppoſuit. Racoviæ, a. 1613. 4o.

Præfatio in Fauſti Socini explicationes variorum Sacræ Scripturæ locorum. a. 1614.

Refutatio libri Smiglecii de Baptiſmo. Racoviæ, 1617. 4o.

Præfatio in Fauſti Socini librum contra Eutropium. a. 1618.

Contra Hugonem Grotium de Satisfactione. M S.

Oratio, quâ continetur brevis calumniarum depulſio, quibus premuntur illi, qui in doctrina Chriſti & Apoſtolorum ſtudium ſuum poſuerunt, & Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſolum Deum Iſraelis, ſolum quoque creatorem cœli & terræ eſſe affirmant; ad Regem & Senatores: Fidelis ſubditi. quibus verbis antiquâ manu [nimirum C. V.] in exemplari quodam ſubſcriptum inveni; .... [i. e. forte.] *Hier. Moſcorovii*. edita a. 1595. 4°.

VALENTINUS RADECIUS Matthæi Gedanenſis civitatis ſecretarii filius: Superintendens Unitariorum in Tranſylvania, & Plebanus Claudiopolitanus. Fauſtus Socinus ad eum ſcripſit a. 1603, 23 Novembris, Claudiopolim. Obiit circa annum 1630.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

ormula adminiſtrandi cœnam Dominicam: cui annexa
Quarundam Quæſtionum, ad eandem elucidandam
tantium, ſolutio. Item, Ejuſdem precatio matutina
& ſpertina. Claudiopoli typis Heltanis excudebat Georgius
A ugi, a. 1638. 8°.

IMON PISTORIUS Oppolienſis Sileſius: Ec-
cl æ Czarkovianæ miniſter: Thomæ Piſecii (cujus ſororem
matrimonio habuit) affinis, Johannis verò Crellii ſocer,
aliquamdiu ſuperſtes fuit.

ummæ omnium capitum SS. Bibliorum carmine de-
ſc ptæ.

armen in Staniſlaum Lubieniecium ſeniorem.

lia non pauca poëmata, ut & alterius generis MS.

HOMAS PISECIUS à Martowitze, Nobilis
Si ius. Sororem ejus nomine Roſinam, modo memora-
tu Simon Piſtorius in matrimonio habuit, ex qua Roſi-
n Johannis Crellii conjugem procreavit. Quando natus
m rtuuſve fuerit, non certò mihi conſtat. Hoc tamen
ab iis qui eum noverant accepi, eum aliquot annis ante a.
1 8, ad huc in vivis fuiſſe, annorum circiter ſeptuaginta.

e Origine Trinitatis: ſcriptum poſt refutationem libri
V jeki, & poſtquam ſcripſit Keckermannus, ceu qui
mo memoratur. Opus hoc incendio periit.

n doctrina Trinitatis ſit myſterium à ſæculis abſcondi-
tu ; quod divini verbi patefactione hominibus innoteſcere
de it: è Tractatu, qui de Origine Trinitatis inſcribitur,
ex riptum, a. 1605, 8°. 1608, & 1654. 12°.

ſponſio ad decem rationes Edmundi Campiani Jeſuitæ:
qu us probat Eccleſiam Catholicam præferendam cæ-
te . Inſcripta Illuſtri & Magnifico Domino Jacobo Sien-
e ki à ſienno Palatinidæ Podolienſi, &c. a. 1608. Cal.
Ju . Impreſſa Racoviæ a. 1610. 12°. Adjunctæ ſunt notæ
ad ppendices Vilkovianas.

e Antichriſto, ſub nomine Marci Camilli libri 2. 8°.
Ip m hujus operis auctorem eſſe, præter conſtantem fa-
m a, hi qui ipſum noverant atque genere attingebant,
m i confirmarunt: quidam tamen Jonam Slichtingium, aut
E n Arciſſevium juniorem, librum hunc conſcripſiſſe pu-
ta t; ſed falſò.

ontra Leſſium Jeſuitam.

Ma-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Manuductio in viam pacis eccleſiaſticæ, per archicatholicam fidem, ſalvâ libertate religionis, omnium jurium genere defenſa. Amſtelædami typis Johannis & Cornelii Blaeu: quaſi Eleutheropoli typis Godfridi Philadelphi, a. 1650. 8°. ſub nomine auctoris *Ioſephi Caſtim*, quod per anagramma eſt, *Pacis es oſtium*.

ADAMUS GOSLAVIUS à Bebelno, Eques Polonus.

Reſponſio ad defenſionem concionis Scargæ è Soc. Jeſu de Trinitate factam à Jacobo Oſtrovio S S. Theol. D. & Canon. Cracovienſi. Racoviæ a. 1608. Pol.

Refutatio eorum, quæ Bartholomæus Keckermannus in libro primo Syſtematis ſui Theologici diſputat, adverſus eos qui ſolum Patrem Domini noſtri Jeſu Chriſti, eſſe illum Deum Iſraëlis; Filium verò Dei, neminem alium præter & ante eum qui ex Maria virgine eſt natus, confitentur: Tribus partibus diſtincta. Præfixa eſt, Dedicatio Auctoris Ampliſſimo Senatui Gedanenſi: ſcripta in Kraſſow Cal. Decemb. a. 1607. Editus liber is denuò Racoviæ a. 1613. 8°.

Diſputatio de Perſona: in quâ Jacobo Martini Profeſſori Witembergenſi; ea in libro ſecundo de tribus Elohim refellere enitenti, quæ ab auctore contra Bartholomæum Keckermanum, parte tertia diſputata ſunt, tum de ratione perſonæ in genere ſumptæ, tum de definitione Divinæ perſonæ, à Juſtino, ut vulgô creditur, tradita; reſpondetur. Racoviæ a. 1620. 8°.

Contra Metaphyſicam Keſleri. M S.

ANDREAS CHRASTOVIUS Eques Polonus, quondam Aulicus Regius.

Colloquium Nobilis Evangelici, cum Miniſtro Evangelico: addita epiſtola ad Evangelicos. a. 1618. Pol.

MICHAEL GITTICHIUS VENECIANUS, patre Italo Venetiis oriundo natus. Fuit paſtor Novogrodeci in Lithvania, unde a. 1618 unà cum collega ſuo Johanne Licinio, nulla de cauſa, mandato Regio exactus eſt: Unitariiſque ab eo tempore, liberum religionis exercitium illic prohibitum eſt. Obiit a. 1645.

Contra Lucium de Satisfactione.

Contra Graverum.

Loci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Loci communes ex omnibus ſcriptis Unitariorum, ordine alphabetico. MS. grande volumen. fol.

Reſolutiones variorum S. Scripturæ locorum & lineamenta concionum, in gratiam ſtudioſorum Theologiæ, du…ctæ. Præfixum eſt eis hoc anagramma *A Iheſu jugeclementia …us*. Cœptæ ſunt ſcribi, a. 1640, die 3. Feb. & finitæ 15. Martii a. 1641. MS.

Epiſtola ad Johannem Crellium inſerta operum ejus tomo quarto in Bibliotheca fratrum Polonorum: ſcripta Novogrodeco a. 1613, die 16. Novembris.

Epiſtolæ ad Marinum Ruarum: inſertæ priori centuriæ epiſtolarum ſelectarum Ruari. Amſtelodami a. 1677. 8°.

STEPHANUS CURCELLÆUS Gallus, natus Genevæ a. 1586, die 2. Maji, Primùm Reformatorum Eccleſiaſtes in Galliis, poſt Amſtelædami SS. Theologiæ apud Remonſtrantes Profeſſor: in quo munere …iv Simoni Epiſcopio ſucceſſit. Obiit Amſtelædami a. 1659, die 22. Maji. Vita ipſius continetur in Arnoldi Poelenburgii (ſucceſſoris ipſius in modo dicto officio) oratione, qua ipſi parentavit: præfixa operibus ejus Theologicis.

*Advis d' un Perſonnage deſintereſſé, &c.* Quod ſcriptum in lucem edidit orta inter Amyraldum & Molinæum de Prædeſtinatione contentione: in quo velut mediatorem ſe interponit. a. 1638.

Vindiciæ, quibus ſententia D. Arminii de jure Dei in creaturas innocentes defenditur; contra Moſem Amyraldum Profeſſorem SS Theologiæ Salmuriæ. Amſtel. a. 1645. apud Blavium.

Præfatio in primum tomum operum Simonis Epiſcopii Amſtelædami a. 1650. fol.

Januam linguarum Comenii in Græcum tranſtulit.

Epiſtola ad V. N. Sorberium de abuſibus ſive erroribus Eccleſiæ Romanæ. Gallicè. Scripta Amſtel. 24. Decemb. 1655. Edita in 8°. nec tempus nec locus addita ſunt. Adjuncta eſt epiſtola memorati Samuelis Sorberii ad Alexandrum. VII. Pon. Max.

Epiſtola ad Adrianum Patium Advocatum Roterodamenſem de ſuperſtitionibus eccleſiæ Romanæ. Gallicè; Scripta Amſtelædami, a. 1656. edita una cum præcedenti epiſtola.

in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

in 8°. Eadem Latinè adjuncta Operibus ejus Theologicis; de quibus mox.

Novum Teſtamentum Græcum, cum variantibus lectionibus, tam ex M S. quàm inpreſſis codicibus collectis. Amſtelodami a. 1658, 12°. & denuò a. 1575, 12°. apud Elzevirios.

Defenſio Davidis Blondelli Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ in Athenæo Amſtelædamenſi Profeſſoris, adverſus Mareſii criminationes. Præfixa eſt Defenſio hæc, præfationis vice, D. Blondelli Diſſertationi, quâ vulgatam de Papiſſa Ioanna Hiſtoriam, ut fabuloſam rejici debere demonſtrat. Amſtel. a. 1657. apud Blaevium.

Diatriba de eſu Sanguinis inter Chriſtianos. Amſtelædami a. 1659.

Eadem Belgicè. 12°.

Quaternio diſſertationum Theologicarum; adverſus Samuelem Mareſium: in quo hæc tractantur; I. De vocibus Trinitatis, Ὑποστάσεως, Perſonæ, Eſſentiæ, Ὁμοουσίου & ſimilibus: cum Appendice, de ſenſu quo Veteres Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum, unum eſſe Deum dixerunt, & Ὁμοουσίους inter ſe eſſe docuerunt. Hanc ſequitur, Epiſtola J. Arminii ad J. Uytenbogardum, in quâ diſputatur, an Jeſus Chriſtus rectè dicatur αὐτόθεος id eſt *à ſeipſo Deus*: Scripta 18 Febr. 1599. II. De peccato originis. III. De neceſſitate cognitionis Chriſti ad ſalutem. IV. De hominis per fidem & per opera juſtificatione. Adjunctum eſt, judicium viri docti anonymi [*nimirum D. Danielis Zwickeri*] De D. Samuelis Mareſii Joanna Papiſſa reſtituta. Impreſſa hæc ſunt Amſtelædami a. 1659. 8°. opus poſthumum.

Epiſtola ad Martinum Ruarum; de libris Racovienſibus Leovardiæ combuſtis. Scripta Amſtelædami a. 1641. 9 Octobris.

—— ad eundem, in qua Amſtelædami idem factum dolet. Amſtel. 1642. 8 Febr.

—— ad eundem de iſtius facti emendatione. Amſtel. 1642. 12 Aprilis. Hæ tres epiſtolæ impreſſæ ſunt in prima centuria ſelectarum epiſtolarum M. Ruari, Amſtelædami a. 1677. 8°.

Tractatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Tractatus Gallicus de quæſtione prædeſtinationis. M S. lia ipſius, virgine Maria Curcellæa aſſervatur.

Initium Commentarii prolixioris in Epiſtolam S. Judæ. MS. Sed vix inchoatum.

Introductio ad Chronologiam MS.

Notæ breves in Franconis Burgerſdicii Metaphyſicam, ue ad cap. XXIII. §. 4.

Aſtronomiæ & Geographiæ encomium. M. S.

Opera ipſius Theologica, quòrum partem præcipuam ſtituit Inſtitutio Religionis Chriſtianæ, prodierunt Amſtelædami a. 1675. fol. cura Philippi à Limborch, q poſt Poëlenburgium Curcellæo in Profeſſoris SS. Theo giæ munere ſucceſſit: præfixa eſt ejuſdem

*Præfatio ad Lectorem. Scripta Amſtelodami a.* 1674, 9. C. *Novemb.* Hanc ſequitur:

*Arnoldi Poelenburgii Oratio funebris in obitum S. Curcellæi.* Hic ſubjunctum eſt

*Carmen Okeri Peſſeri, in operis hujus poſthumi editionem.* In,

*In eadem Opera, Caſparis Brantii Ger. Fil. carmen.*

Religionis Chriſtianæ Inſtitutionis Libri VII. Opus hoc tor morte præventus non abſolvit.

Tractatus de Eccleſia JeſuChriſti. Opus itidem ad finem n perductum. Adjuncta eſt huic tractatui,

Diatriba in locum Apoſtoli Pauli, I. Tim. III. 14, 15.

Vindiciæ quibus ſententiaD. Arminii de jure Dei in creatu- innocentes, defenditur, adverſus Moſem Amyraldum.

Præfatio in opera M. Simonis Epiſcopii.

Quaternio Diſſertationum Theologicarum adverſus Sa- elem Mareſium.

Diatriba de eſu ſanguinis inter Chriſtianos.

Synopſis Ethices.

Epiſtolæ: Ad Hugonem Grotium de Antichriſto, ſcripta Amſtelodami 10 Junii 1640. Ad Petrum Cupum V. D. Miniſtrum, 8 Decemb. 1644. Ad Philippum Limbur- gium, 13 Decemb. 1653. Ad Chriſtianum Hartſoeke- rum, 29 Januarii 1654. Ad Adrianum Patium Advoca- tum, de Idololatria Pontificia, quàm ea ſit gravis, & quouſ- que damnanda, 24 Martii 1656. Eædem Epiſtolæ fuerunt antea

antea editæ in Epiſtolis Eccleſiaſticis & Theologicis clarorum virorum. Amſtel. a. 1660. 8°.apud Johannem Blaeuw, ſub nomine Henrici Dendrini. *Hactenus memoratum volumen.* Exhis,

Religionis Chriſtianæ Inſtitutionis libri V. in Belgicum per Q. V. tranſlati, impreſſi ſunt Lugduni Batavorum a. 1678. 4°. Reliqui libri operum Theologicorum, ſub prælo ſudant, in eadem lingua propediem publicam lucem viſuri: excepto Quaternione Diſſertationum.

THEODORUS RAPHAELIS CAMPHUYSIUS, vulgò Dirk Raphaels Camphuyſen. Batavus. Natus Gorcomi a. 1586. denatus Worcomi a. 1627. Depoſito eccleſiaſtæ munere, fuit unus ex præcipuis eorum, qui Prophetantium ſeu Collegiantium nomine audiunt, & libertatem loquendi in eccleſia propugnant, ac Renoburgi in Batavia ad S. Synaxin celebrandam convenire ſolent.

Theologiſche wercken. a. 1657, 8°. i. e. Opera Theologica.

Item, t' Amſterdam / a. 1640. 4°.

Item, t' Amſterdam / a. 1672. 4°. beſtaende in drie deelen: 1. van 't onbedrieghlijck oordeel. 2. in Predicatien. 3. in brieven en extracten. i. e. Eadem complectentia tres partes: 1. De infallibili judicio. 2. Conciones ſacræ. 3. Epiſtolæ & excerpta.

Uytbreidinge over de Pſalmen Davids / in Duytſe rymen. I. e. Paraphraſis Pſalmorum Davidis Belgica rythmis. ſæpè in lucem emiſſa: noviſſima quæ nunc extat editio impreſſa eſt Amſtelædami apud Johannem Riewertsz & Petrum Arentsz, a. 1679. 12°.

Stichtelijcke Rijmen: daar van is de achtiende druck uytgekoomen 't Amſterdam by Jan Rieuwertsz en Pieter Arentsz / a. 1680. 12°. i. e. Cantilenæ ſacræ, quarum octodecima editio prodiit a. 1680.

Item per Joſephum Buthlerum Muſicum Amſtelædamenſem ad præcepta Muſica redactæ. Amſtel. 1652. fol.

Eenige daar van ſijn in hooghduytſe rymen geſteld/door Robert Robertyn /&c. in de pruyſche Arien. i.e. nonnullæ earum in Germanicam lingvam ſunt translatæ,

...tæ, per Robertum Robertinium.

Idolelenchus van Geſtranus in Duytſe rijmen over-...ſet. i. e. Idolelenchus Geſtrani Belgico carmine redditus.

De ſtatu animarum: van den ſtand der dooden / en ...affe der verdoemden naa dit leeven. a. 1631. 4°. Item ... 1666. 4°. Waar voor geſteld is kort begrijp van ... leere der Socinianen. 4°. i. e. De ſtatu mortuo-...rum, & pœnis reproborum poſt hanc vitam: Cui præ-...ſ...um eſt, *Compendium doctrinæ Socinianorum*, uti vocantur.

Extract uyt ſijn brief / bewijſende dat het gevoe-...l... van de vernietinge der godlooſen niet onſtichte-...lijk is. a. 1666. 4°. i. e. Excerptum ex ejus epiſtola, p...bans opininem de impiorum in nihilum redactione non ...re ædificatione.

Oordeel van Fauſti Socini Schriften in een rympje ...n twee vocalen / ſtaande voor F. Socini leeven in Duyts. 8°. i. e. Judicium de ſcriptis F. Socini, in di-...ſti...io quod vitæ F. Socini, in Belgicam linguam tranſlatæ, præfixum eſt.

...ale Mundo: ofte / nodinge tot de broederſchap Chriſti / de tweede druck is uytgekomen a. 1650. 4° i. e. Vale Mundo; ſeu invitatio ad fraternitatem Chriſti. Secunda editio in lucem prodiit a. 1650. 4°.

... Boeck van Fauſtus Socinus van de Geloofwaar-...digheyd der H. Schriftuur is door hem uyt het La-...tijn vertaalt / en met aanteekeningen verciert / daar voor geſteld is de Opdracht van Jacobus Sieninſki aan Sigiſmund III. Koning van Polen 1623. 4°. & ...66... 4°. i. e. Liber Fauſti Socini de Auctoritate S. Scri-...pturæ per ipſum in Belgicum eſt tranſlatus, & notis ipſius ad...natus. Præfixa eſt Jacobi Sieninii dedicatio Sigiſmundo III. Regi Poloniæ, &c. ſcripta Racoviæ a. 1608, 20. Novemb. quæ alias libro V. Smalcii de Divinitate Jeſu Chriſti Polonico præfigi ſolet. *Item*

...e Schriftuurlijcke Leſſen van F. Socinus ver-...taalt / en met aanteeckeningen verrijckt. i. e. Lectiones Sacras F. Socini itidem è Latino tranſtulit & notis illu-...ſtravit. 1666. 4°.

JOHANNES GEISTERANUS Batavus,



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Paſtor eccleſiæ Alkmarienſis, quo munere anno 1619. privatus eſt, propterea quod doceret Chriſtianis non licitum eſſe Magiſtratum civilem aut arma gerere. Anno 1622, in Poloniam vocatus fuit.

**Predicatie over 't ontſet van Alckmar / gedaan** a. 1618, 8 Octobr. **over** Actor. IX. 31. **mitsgaders 't Examen over hem Jan Evertſz Geiſteranus gehouden in 't Conſiſtorie /** a. 1619. 11 **en** 12. **Maart gedruckt** a. 1665. 4°. i. e. Concio ſuper liberatione Alkmariæ, habita anno 1618, die 8. Octobris, ſuper Act. IX. 31. unà cum Examine ſuper ipſo Johanne Everhardi Geiſterano, facto in Conſiſtorio a. 1619, 11 & 12. Martii, edita a. 1665. 4°.

Idolelenchus qui adjungi ſolet hymnis Theodori Raphaelis Camphuyſii, qui carmen hoc Belgicis rythmis reddit.

Verborum ſeu dictorum diſtinctio.

De Dilectione.

De Magiſtratu.

Conſenſus Pauli & Iacobi.

PETRUS GEISTERANUS Batavus, Iohannis frater.

**Inleydinge tot het Chriſtelijck lijden. Haerlem.** 1644, 8°. **en** 1665, 12°. i. e. Introductio in Chriſtianam patientiam.

**Predicatien.** i. e. Conciones. MS.

MARTINUS RUARUS Krempâ-Holſatus, Rector Scholæ Racovienſis poſt Johannem Crellium, poſtea Paſtor Straſſini ad Gedanum.

Deceſſit anno 1657, ſeptuagenarius.

Notæ in Catecheſin Eccleſiarum Polonicarum adjunctæ Catecheſi quæ a. 1665. 8. in lucem prodiit. Eædem inſertæ editioni impreſſæ anno 1680. ſunt & aliæ ejus in eandem Catecheſin annotationes, quæ nondum ſunt editæ.

Epiſtolarum Selectarum centuria: in qua etiam nonnullæ H. Grotii, M. Merſenni, M. Gittichii, J. Nærani aliorumque virorum doctorum ad ipſum epiſtolæ inſertæ ſunt Subjunctum eſt Scriptum Ruari de Magiſtratu, fortè ad D. Brenium: ut & Rationes, cur Romanæ Eccleſiæ aſſeclæ non deberent adeo infenſi eſſe Unitariis, quos Socinianos vel



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

rianos vocant: item M. Gittichii ad Ruarum epiſtola, in ... a de Grotio ejuſque operibus agit. Præfixa eſt huic co... ci, filii ejus Joachimi Ruari ad lectorem præfatio. Im... eſſus eſt Amſtelodami apud Davidem Ruarum a. 1677.

Epiſtolarum ſelectarum ipſius, nec non aliorum Illu... ium, Spectabilium, Doctorumque virorum: centu... altera & ultima. Amſtelodami a. 1681. 8°. apud ...avidem Ruarum, auctoris filium, qui libro huic præfa... ...nem ad lectorem præfixit. Sunt præter has plures Epiſtolæ M S.

Analyſes ſeu Conciones in varia Scripturæ loca. M S.

Hiſtoria ſui temporis M S.

Excerptorum liber M S.

JOHANNES CRELLIUS Francus, Natus Hel...tzhemii a. 1590, 26 Julii S. V. Denatus a. 1633, 11 J...ii Racoviæ: ubi primò Rectoris, poſt verò Paſtoris mu...e functus eſt. Vitam ejus Joachimus Paſtorius ab Hir...ſberg delineavit: quæ in Bibliotheca fratrum Polonorum ...itariorum operibus ejus præfixa eſt, item Ethicæ ...us quæ anno 1681, in lucem prodiit.

...thica Ariſtotelica & Chriſtiana, conſcripta anno 1622. ...a a. 1650. 4°. ſub nomine Cirelli & Crellii.

...tem Selenoburgi, ſumtibus Aſteriorum, typis Vene... I. e. Luneburgi apud Joh. & Henr. Stern. Alii ta... putant Amſtelædami hanc editionem in lucem prodiiſſe ...d Blavium: quod veriſimile eſt. edita eſt in 4°. memorato ...pinor 1550 anno; tempus enim non additur.

...em Coſmopoli i. e. Amſtelædami a. 1681. 4°. Cui ...fixa eſt vita auctoris; & filii ejus, Chriſtophori Crellii diſ...tio de Virtute Chriſtiana & Gentili: adjuncta verò Ca...eſis Eccleſiarum Polonicarum, à J. Crellio, J. Slich...io, M. Ruaro, & A. Wiſſowatio recognita & aucta, ...umque ut & aliorum notis illuſtrata.

...adem Ethica Germanicè.

...em Belgicè. Chriſtelijcke Zeedekonſt/ Rotterdam/ ...651. 4°.

...xplicatio difficiliorum S. Scripturæ locorum unà cum ...onſione ad aliquot quæſtiones: conſcripta a. 1622.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Reſponſio ad Hugonis Grotii librum de Satisfactione, quem adverſus Fauſtum Socinum ſcripſerat. Racoviæ a. 1623. 4°.

Liber De Deo & attributis ejus: præfixus quinque libris Johannis Volckelii de Vera Religione. Racoviæ a. 1630. 4°.

Idem Amſtelædami apud Blau. 4°. anno 1642, prout ſub Volkelio monuimus, combuſtus.

Idem Belgicè ibidem, (quamquam Racoviam præ ſe ferat) cum inſcriptione quod is ſit liber qui ad rogum fuit damnatus.

Idem iterum Belgicè. Van Godt en ſijn eygenſchappen. 1663. 4°.

De Uno Deo Patre libri duo, in quibus multa etiam de Filii Dei & Spiritus Sancti natura diſſeruntur. a. 1631. 8°.

Iidem cum refutatione Biſterfeldii a.1639.4°.

Iidem Germanicè, ex verſione J.L. Wolzogenii.a.1645. 4°.

Iidem Belgicè. a. 1668. 4°.

Novum Teſtamentum in Germanicum verſum, adjuvante Joachimo Stegmanno ſeniore. Racoviæ. a. 1630. 8°.

Commentarius in epiſtolam ad Galatas ex prælectionibus potiſſimùm Crellii conſcriptus à Iona Slichtingio, cum præfatione ejuſdem. Racoviæ a. 1628. 8°.

Idem Belgicè. a. 1660. 4°.

Prima Ethices elementa in gratiam ſtudioſæ juventutis, opus poſthumum: præfixa eſt Petri Morſcovii præfatio a. 1635, 8°.

Commentarius in utramque epiſtolam ad Theſſalonicenſes ex prælectionibus Crellii conceptus à Petro Morſcovio cum ejuſdem præfatione, ſcripta Racoviæ die 3 Maji a.1636. ibidemque impreſſus, 8°.

Idem Belgicè. 1658, 4° & 1664, 8°.

Idem Anglicè, cum inſcriptione, *Expiator peccatorum.*

Ab aliis tamen mihi relatum eſt, Commentarium in epiſtolam ad Hebræos, in Anglia impreſſum eſſe, cum publica commendatione, quod ſit bonus & utilis lectu liber

Commentarius in I. II. III. IV. capp. & partem V

cap

?. Evangelii Matthæi; & in epiſtolæ ad Romanos tria
] ora capita: qui conſcriptus eſt ex Crellii prælectionibus
: ona Slichtingio. Racoviæ a. 1636. 8°. cum præfatione
] annis Stoinii ſcripta Racoviæ a. 1636, die 16 Maji.
Commentarius in epiſtolam ad Hebræos, ipſius ope à
] a Slichtingio concinnatus eſt, prout ipſe in præfatione
c: fatetur, dum ſic inquit; *Eſt verò Commentarius hic, vi-
v te adhuc Iohanne Crellio doctiſſimo literarumque monumen-
t. clariſſimo viro, Collega meo deſideratiſſimo, à me con-
ſ. us & elucubratus, ita ut in eruendis epiſtolæ iſtius ſen-
ſi s omnis mihi cum Crellio ſociata fuerit opera, idque ita
ut i primas hic partes meritò deferre debeam: quod te Le-
ct monitum volui, ut tanti viri nomine Commentarius hic
ti eſſet commendatior.* Racoviæ. a. 1634. 8°.

Idem Belgicè a. 1658. 4°.

Commentarius in I. Cor. XV. opus poſthumum, cum
pr fatione anonymi. a. 1635. 8°.

Idem Belgicè. 1653. 4°.

Declaratio ſententiæ de cauſis mortis Chriſti. a. 1637.
8° edente Johanne Stoinio, cum ejuſdem præloquio.

Idem Belgicè. 1649. 4°.

Vindiciæ pro Religionis libertate, ſub nomine Junii
Bruti. a. 1637. 8°.

Idem Belgicè. 1649. 4°.

Tractatus de Spiritu Sancto qui fidelibus datur. a. 1650.
8°

Idem Belgice. 1664. 8°.

Catechesin Eccleſiarum Polonicarum Valentini Smal-
cii: Hieronymi Moſcorovii opera in lucem emiſſam &
po per viros aliquot in Regno Poloniæ correctam; re-
co ovit ac auxit: quæ poſtmodum à Slichtingio etiam
em ndata & aucta, impreſſa eſt. a. 1665. 8°. & a. 1680. 4°.
Et cæ ejus Chriſtianæ adjuncta, ut ſupra monuimus.

*Von der reinigung unſer ſunden.* 8°. i. e. De expiatione
peccatorum noſtrorum.

**Uytleggingen en verklaringen van verſcheyde ſchriftelijcke Schriftuer plaetſen.** 1656. editæ & con-
ver: ex MS. explicationibus aliquot locorum ſacræ Scri-
pturæ ineditis.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Expoſitio fidei, M. S.
Epiſtolæ ad Michaëlem Gittichium Venetianum.
Item ad Martinum Ruarum, ut & ad alios, M S.

In Bibliotheca Fratrum Polonorum Unitariorum opera ejus hoc ordine ſunt impreſſa.

Opera omnia exegetica, ſive in pleroſque Novi Teſtamenti libros Commentarii, in duos Tomos diſtincti: quorum editio circiter triennio præceſſit cœterorum librorum impreſſionem: anno videlicet 1665. Præfixa ſunt his operibus,

*Iohannis Stoinſki cœtus Racovienſis Miniſtri, Epiſtola liminaris*: quæ eadem eſt cum ſuperius memorata præfatione in Commentarium in Matthæum: ſed *pro ratione præſentis operis in paucis quibuſdam locis mutata*. Scripta Racoviæ die 15 Maji a. 1636.

*Vita Ioannis Crellii Franci, à I. P. M. D.* [i. e. Joachimo Paſtorio Medicinæ Doctore] *ante plures annos deſcripta.*

Commentarius in I. II. III. IV. capp. & partem Vti. Cap. Evangelii Matthæi.

Commentarius in epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Romanos, ex prælectionibus Crellii conſcriptus à Iona Schlichtingio, non tamen reviſus à Crellio, præterquam initium Commentarii iſtius, ante hac editum, uſque ad verſum 4, capitis quarti.

Paraphraſis in epiſtolam Pauli ad Romanos, à Crellio dictata.

Commentarius in priorem Pauli ad Corinthios epiſtolam, uſque ad caput Undecimum: cætera enim deſiderantur.

Commentarius in cap. XV. ejuſdem epiſtolæ, à Crellio dictatus.

Commentarius in epiſtolam ad Galatas, ex prælectionibus Crellii à Iona Schlichtingio conſcriptus, cum ejuſdem præfatione.

Paraphraſis in eandem epiſtolam: dictata à Crellio.
Commentarius in epiſtolam ad Epheſios: dictatus.
Paraphraſis in eandem epiſtolam: dictata.
Commentarius in epiſtolam ad Philippenſes: dictatus.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Paraphraſis in eandem epiſtolam.

Commentarius in epiſtolam ad Coloſſenſes : dictatus.

Paraphraſis in eandem epiſtolam : dictata.

Commentarius in utramque epiſtolam ad Theſſalonicen-
, ex prælectionibus Crellii conſcriptus à Petro Morſcovio
Iorſcow , cum ejuſdem præfatione.

Declaratio ſententiæ de cauſis mortis Chriſti : cum præfa-
t ne Johannis Stoinii.

*Tomus ſecundus operum exegeticorum.*

Commentarius in Epiſtolam priorem ad Timotheum.

Commentarius in epiſtolam ad Titum.

Commentarius in epiſtolam ad Philemonem. Hos proxi-
m præcedentes tres Commentarios ex Crellii prælectioni-
b Morſcovius conſcripſit.

ommentarius in epiſtolam adHebræos:cujus auctorIonas
Sl chtingiuseſt,ejuſque præfatio commentario huic præfixa
el verùm quod Crellii potiſſimùm opera(ut ſupra docui-
m s)eum exaraverit,hic inter ipſius opera collocatus eſt.

araphraſis in eandem epiſtolam , à Crellio dictata.

ommentarius in I. epiſtolæ Petri , caput primum & ſe-
cundi partem , à Crellio ſcriptus : qui morte præventus re-
liqua non abſolvit.

xplicationes locorum difficiliorum N. Teſtamenti : qui-
bus adjectæ ſunt

eſponſiones ad objectas quæſtiones.

*mus tertius Operum exegeticorum, omnia hactenus inedita
tinet.*

xplicatio variorum locorum in Evangeliis Matthæi ,
Marci , Lucæ & Iohannis.

ommentarius in Magnam partem Actorum Apoſtolico-
rum & in plurima capita& loca epiſtolarum Pauli Apoſtoli.

agmenta in primam epiſtolam ad Timotheum , quæ
alias deerant.

ommentarius in II. Epiſtolam Pauli ad Timotheum ,
non in alia loca epiſtolarum Apoſtolicarum : quibus in-
ſertum eſt , Reſponſio ad M. Cornelii Marci argumenta ,
quibus probare nititur , Chriſtum eſſe Deum illum unum,
& Spiritum S. eſſe perſonam : item , ad quæſtionem , cur
publicæ fiant copulæ matrimoniales ?

Commentarius in maximam partem Apocalypſeos Iohannis.

Synopſes nonnullarum concionum.

*Tomus quartus complectitur opera Didactica & Polemica.*

Reſponſio ad librum Hugonis Grotii quem de ſatisfactione Chriſti adverſus Fauſtum Socinum Senenſem ſcripſit. Adjuncta eſt

*Hugonis Grotii ad I. Crellium epiſtola, in qua gratias ipſi agit pro reſponſo ad ſuum librum: ſcripta Pariſiis* 10 *Maji a.* 1631. Item

*Altera ejuſdem ad eundem Epiſtola: ſcripta* 20 *Iunii* 1632. His ſubjunctus eſt, ut oppoſita juxta ſe poſita melius conferri poſſint, memoratus Grotii liber: cujus is eſt titulus;

*Defenſio Fidei Catholicæ de Satisfactione Chriſti, adverſus Fauſtum Socinum Senenſem: ſcripta ab Hugone Grotio.*

De Uno Deo Patre libri duo: in quibus multa etiam de Filii Dei & Spiritus Sancti natura diſſeruntur.

Liber de Deo ejuſque Attributis.

Prima Ethices elementa: in gratiam ſtudioſæ juventutis.

Ethica Ariſtotelica ad ſacrarum literarum normam emendata.

Ethica Chriſtiana, ſeu explicatio virtutum & vitiorum, quorum, in Sacris Literis fit mentio. In calce hujus libri adjunctæ ſunt, orationes tres.

Oratio prima, de honeſtatis natura & fonte.

Oratio ſecunda, cur nec Moſes nec Philoſophi perfectam virtutem præſcribere & conſtanter urgere potuerint, &, cur quædam ad virtutis perfectionem ſpectantia, non ita præſcripſerit Deus per Chriſtum, ut ea non aſſequi cum certa pernicie ſit conjunctum.

Oratio tertia, de Amore ſui.

Tractatus de Spiritu Sancto qui fidelibus datur.

Vindiciæ pro Religionis libertate. *Hæc ſequentia nunquam ante hac ſunt edita.*

Problemata N. cum ſolutionibus I. Crelli.

Solutio trium quæſtionum à Iohanne Stoinio propoſitarum.

Fragmenta epiſtolarum.

Reſponſio ad epiſtolam Michaëlis Gittichii; ſcripta Ra-

covi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

›viæ a. 1614, 19. Octobris.

Tractatulus in quo docetur omnibus Pietatem eſſe colen-
ım. Initio caret hoc opuſculum.

Diſcurſus de Felicitate: quem auctor ad finem non per-
uxit. *Continuationem hujus Bibliothecæ fratrum Polonorum
Initariorum; quære ſub Iona Slichtingio.*

Paraphraſes [ **Uytbreidingen** ] in Epiſtolas ad Roma-
os, Galatas, Epheſios, Philippenſes, Coloſſenſes, &
Iebræos, Belgica etiam lingua editæ ſunt. in $4_o$. poſt an-
um Domini. 1558.

Brevis tractatus de Pietate, tranſlatus eſt in Belgicam
nguam, à Daniele à Loenen: & editus Amſtelædami a.
673, 12°. & 1678, 12°. ſub hoc titulo; **Kort Ver-
oog van de Godſaligheyd / vertaald door Daniel
an Loenen.**

IOHANNES STOINIUS dictus etiam STA-
TORIUS, Eques Polonus, Petro Statorio juniore &
Gregorii Pauli Breſinenſis filia genitus. Paſtor cætus Ra-
ovienſis, quo munere jam anno 1612, functus eſt: cùm
erò eccleſia hæc a. 1638, tolleretur, infamiâ tectus ac
›roſcriptus primùm in exteras conceſſit oras, poſt verò in
atria exulem agebat, uſque ad annum 1654, quo Czar-
oviis vita functus eſt, annos natus 64. Fuit horum qui So-
iniani vocantur, eccleſiaſtes facundiſſimus.

Diſputatio cum Ieſuita habita a. 1615.

Relatio Diſputationis de Ieſu Chriſti divinitate & remiſ-
ione peccatorum noſtrorum per eundem parta, habitæ cum
Iohanne Maria Carmelita Italo, Lublini in æde Carmelita-
ım præſentibus Iudicibus Summi Tribunalis Regni, a. 1616.
die 13 Iulii. impreſſa Racoviæ a. 1618. 4°.

Diſputatio alia cum eodem, in eodem templo habita:
edita. a. 1620.

Colloquium cum quodam Gallo nomine Claudio, de quæ-
ſtione an Chriſtus cùm non ſit Summus Deus adorari poſſit:
habitum a. 1626. MS.

Contra Paxillum monachum. MS.

Precationum Polonicarum liber, a. 1633. 8°. præfixa eſt, Præ-
fatio ad lectorem, in qua exponit modum orandi Deum.

Præfatio in Iohannis Crellii Commentarium in Matthæ-

um. Racoviæ a. 1636. 16 Maji. 8°. Hæc eſt Epiſtola liminaris præfixa operibus Crellii in Bibliotheca Fratrum Polonorum paucis mutatis.

Præfatio in Iohannis Crellii Declarationem ſententiæ de cauſis mortis Chriſti. Racoviæ a. 1637. 8°. & in Bibl. Fr. Pol.

Hymnus in Symbolum Apoſtolicum. adjunctus libro Pſalmorum & Hymnorum, quo fratres Poloni in Eccleſiis ſuis utuntur. 12°.

Epiſtolæ ad eccleſias Polonicas, ſcriptæ Amſtelædami in exilio ſuo, a. 1638. M S.

Epiſtola ad Adamum Francum cœtus Claudiopolitani miniſtrum: data Amſtelædami a. 1638. 24. Iulii. Allegatur epiſtola hæc ſub *Iohannis Sartorii* nomine: ſed debet eſſe, *Iohannis Statorii*. Intercepta fuit in Tranſylvania, ejuſque apographum in Belgium eſt miſſum à Georgio Racovio Principe Tranſylvaniæ.

Cantiones Carnisprivii, quibus exceſſus qui hoc tempore fieri ſolent perſtringuntur: compoſitæ anno 1650. Pol. M S.

Conciones Sacræ M S.

Chronologia graduum, quibus veritas cæleſtis in Polonia ſenſim ad ſummum pervenit: præſertim de Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto. M S.

Relatio de itinere Tranſylvanico M S. Pol.

Epiſtolæ variæ M S.

IOACHIMUS RUPNOVIUS de Rupnow, Eques Polonus, Andreæ Lubieniecii gener: Paſtor Racoviæ, poſt Lublini, & tandem Bereſci, ubi etiam obiit a. 1643, annorum 53.

Synodos fratrum Polonorum, ſeu Chronologiam eccleſiaſticam, ab anno 1628 continuavit: quod opus porrò per Synodorum ſcribas ſucceſſores ejus, continuatum eſt uſque ad a. 1668. Pol. M S.

Somnium quod habuit circa annum 1630. de Iudicio Racovienſi, repræſentante futuram oppidi hujus calamitatem: Religionis nimirum exercitii, Eccleſiæ, ſcholæ, ac Typographiæ, ſublationem. Pol. M S.

Conciones M S. ut &



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Alia varii generis M S.

SAMUEL PRZIPCOVIUS de Przypcowice, ques Polonus. Obiit in Boruſſia in exilio proper religiom, agens Conſiliarium Electoris Brandeburgici, anno 70, die 19 Iunii, annos octuaginta circiter natus.

Anonymi Diſſertatio de pace & concordia eccleſiæ: edita r Irenæum Philalethen, cum præfixa ejuſdem præfane ad lectorem, (ex quâ editorem hunc Arianis fere modoxum fuiſſe liquet) Subjunctum eſt in calce libelli ud ejuſdem ad lectorem alloquium. Eleutheropoli typis odfridi Philadelphi. a. 1628. 12°. Opuſculi hujus, multi nonem Epiſcopium S. Theologiæ apud Remonſtrantes Hollandia Profeſſorem, auctorem eſſe rebantur.

Item a. 1630, 12°. editio ſecunda, ad ipſius Auctoris S. recognitâ, multiſque locis auctâ. ibidem apud eunm typis mandata.

Item Germanice: *Von den friede und eintrachtickeit der kiren.*

Panegyricus honori & gloriæ Sereniſſimi & Potentiſſimi incipis ac Domini, Dn. Vladiſlai Sigiſmundi Regis Ponæ, M. D. Lithvaniæ, &c. nec non Svecorum, Gotorum, Vandalorum Regis hæreditarii: electi Magni oſcoviæ Ducis; dicatus ab Equite Polono. a. 1633.

Vita Fauſti Socini. a. 1636, 4o.

Eadem in Bibliotheca fratrum Polonorum, F. Socini eribus præfixa. fol. a. 1668.

Eadem Belgicè. 4. ſine anno, & a. 1663. 4°. & a. 1664. 8°.

Diſſertatio de Chriſtianorum ſummo bono, quam ctor Fauſti Socini operibus præmitti voluit. a. 1636. 4°. et adjungi memoratæ vitæ F. Socini, ſuppreſſo auctoris mine, adjecto tali ad Lectorem alloquio:

*Autor diſſimulat nomen: tu noſſe laboras:*
*Edidimus nomen: nec tamen edidimus.*

*Nomen Autoris* ἀναγραμματισθὲν, *SAPIS CVM ZELO PURIUS.*

*Num ſine flagranti pura eſt ſapientia zelo?*
*Cumzelo Sapiens purius ergò ſapis.*

Eadem Diſſertatio, in Bibliotheca Fratrum Polonorum, Socini operibus præfixa.

Apolo-

Apologeticon adverſus Satyram Viri Clariſſimi Danielis Heinſii, cui titulus; *Cras credo, hodie nihil.* a 1644. 4°.

Brevis diſquiſitio fidei.

Ad Claudium Gallum de hominis Ieſu Chriſti adoratione. M S.

Braterska Deklaratia &c. i. e. Fraterna Declaratio, ad non fraternam commonitionem, ab auctore ſub nomine Equitis Poloni ad Diſſidentes in religione factam. a. 1646. 4°.

Iudicium ſinceri & antiqui majorum moris retinentis, nec minus religionis quam patriæ ſuæ amantis Catholici, de libello Ordinibus Regni Poloniæ à patre Nicolao Cichovio Soc. Ieſu, oblato. M S.

Injuriâ oppreſſæ & proditæ libertatis flagitium, in Comitiis anni 1647. In tractatu hoc potiſſimum agitur de proſcriptione Ionæ Slichtingii: cujus negotii Pripcovius ipſe oculatus & auritus teſtis fuit, atque ſcripto hæc conſignavit a. 1648, die 2 Ianuarii. M S.

De jure Chriſtiani Magiſtratus & privatorum in belli paciſque negotiis. M S.

Apologia prolixior tractatus de jure Chriſtiani Magiſtratus, &c. contra Ioachimum Stegmannum Iuniorem. M S.

Ejuſdem Defenſio altera, oppoſita D. Danieli Zwikero. M S.

Animadverſiones in librum Danielis Brenii de qualitate Regni Chriſti, ſeu de Magiſtratu, &c. a. 1650. MS.

Supplicatio ad Regem in cauſa Diſſidentium in religione, tempore Comitiorum anni 1652, facta. M S. Pol.

Gratulatoria Principi Ianuſſio Radzivilio, Satrapæ Samogitiæ ac Duci Campeſtri M.D.Lithvaniæ, ex Coſaccica expeditione reduci. M S. Pol.

Apologia ejuſdem Ianuſſii Radzivilii Ducis in Birze & Dubinki, S. R. I. Principis. 4°.

Epitaphium Nymphæ Cavaleriæ Georgii Oſſolini Procancellarii Regni. M S.

Carmen de pactis Pruſſicis cum Guſtavo Adolfo Rege Suecorum. M S. ut &

Alia ejuſdem generis carmina. M S.

Reſponſio

Reſponſio ad ſcriptum Gen. Dni. Niemiricii Archica- rarii Kijovienſis, qui omnes in regno Poloniæ, &c. à mana Eccleſia Diſſidentes, hortatur, ut in gremium Ec- ſiæ Orientalis ſe recipiant. Pol. M S.

Idem è Polonico Latinè redditum: ſub nomine Iulii Cel- M S.

Monachorum & anachoretarum inſtituta, non eſſe viam imam ad ſanctimoniæ perfectionem perveniendi, ſed leſiæ noxiam & periculoſam. M S.

Cogitationes Sacræ, in Evangelii S. Matthæi VII. capita ora. M S. ſcriptæ 10 Maji a. 1664.

——— in S. Pauli Epiſtolam ad Romanos. M S.

——— in utramque ad Corinthios. M S.

——— ad Galatas. M S.

——— ad Epheſios. M S.

——— ad Philippenſes. M S. Scriptæ ultimo Maji 1658.

——— ad Coloſſenſes. M S.

Reſponſio ad Andreæ Wiſſowatii notas amicas, in Sa- cs in Epiſtolam ad Coloſſenſes Cogitationes. M S.

——— in utramque ad Theſſalonicenſes. M S.

——— in utramque ad Timotheum. M S.

——— ad Titum. M S.

——— in Epiſtolam S. Iacobi. M S. ſcriptæ. 17 Aprilis 1660.

——— in utramque S. Petri. M S. in priorem ſcriptæ ſunt 2 Majii, in poſteriorem verò 26 Iunii, anni 1660.

——— in tres Epiſtolas S. Iohannis. M S. in quarum pri- m ſcriptæ ſunt 2 Septemb. 1660.

——— in Epiſtolam S. Iudæ. M S.

Hymnus in Symbolum Apoſtolicum, adjunctus libro lmorum & Hymnorum quo fratres Poloni Unitarii u- tur. 12°. Pol.

Apologia afflictæ innocentiæ ad ſereniſſimum Electorem ndeburgicum, ſupremum Ducatus Boruſſiæ Principem. 1666. M S.

Eadem Gallicè. M S.

Hyperaſpiſtes ſeu Defenſio Apologiæ ab afflictis nuper in onia &c. Sereniſſimo Electori Brandeburgico oblatæ. MS.

Reli-

Religio vindicata à calumniis Atheiſmi, contra epiſtolam F. M. Eleutheropoli ( i. e. Amſtelædami ) apud Chriſtianum Ammonium.a.1672.12o.edente Chriſtophoro Sandio juniore.

Argumenta contra Atheos, quod Deus ſit, quodque coli debeat; ſed eo tantum modo quo à Chriſtianis colitur. M S.

Eadem à Z. M. Polonico carmine reddita. M S.

Periphraſis Orationis Dominicæ. *Item*

Oratio ad Deum Optimum Maximum, carmine elegiaco. *ut &*

Oratio ad Chriſtum Filium Dei, ejuſdem generis carmine. Adjuncta Andreæ Wiſſowatii Stimulis Virtutum, Frænis Peccatorum, Amſtelædami a. 1682. 12°.

Eædem Elegiæ à Z. M. Carmine Polonico redditæ.M S.

Hiſtoria Eccleſiarum Unitariarum Regni Poloniæ &c. M S. incendio periit in exilio ipſius, in quod religionis ergò, perſecutione ingruente, abire coactus eſt: cujus perſecutionis tempore, haud parvam & aliorum librorum paſſus eſt jacturam.

Collatio Symboli Apoſtolici cum hodiernis Chriſtianorum Symbolis. M S.

Demonſtratio, quod neque Domini noſtri Ieſu Chriſti, per metaphoram pater; neque Filius ejus unigenitus, per metaphoram eandem, filius, dici queat aut debeat. M S.

De Libertate Conſcientiarum tractatus in duos libros diſtinctus: verùm unus tantum liber abſolutus eſt. M S.

Epiſtola ad Valentinum Radecium Epiſcopum Unitariorum per Tranſylvaniam: Claudiopolin. data Caſſoviæ pridie Cal. Apr. 1624. M S.

Epiſtolæ ad Iohannem Næranum Paſtorem Eccleſiæ Remonſtrantium in Batavia apud Veteramnates. M S. Item, Aliæ Epiſtolæ ad varios. M S.

JONAS SLICHTINGIUS á Bukowiec, Eques Polonus. Paſtor Racoviæ, poſt Luclaviciis. Ob editam fidei Chriſtianæ confeſſionem, infamia tectus, patria proſcribitur, libro memorato publicè in foro Warſawienſi carnificis manu combuſto, tempore Comitiorum a. 1646.

Obiit in exilio Zelichoviæ in Marchia Brandenburgica a.

1661

51. die prima Novembris, ætatis 59. Hiſtoriam vitæ & mortis ejus pertexuit Staniſlaus Lubieniecius, in epiſtola ad virum quendam magnum, præfixa poſthumis ejus Commentariis.

Sermo Chriſtophori Lubieniecii ſenioris, cœtus Racovienſis Paſtoris, quo animam agens, filios ſuos cæteroſque adſtantes alloquutus eſt, Racoviæ a. 1624, menſe Februario. M S.

Reſponſio ad ſcriptum Danielis Clementini Concionatoris Reformatorum, cui titulus: *Antilogiæ & abſurda Socinianorum.* Dedicata Palatino Belzenſi. Racoviæ a. 1625. Pol.

Reſponſio ad Antapologiam ſub nomine Danielis Clementini editam: ſeu Confirmatio Calumniarum Clementino objectarum. Racoviæ a. 1631. 4°. Pol.

Commentarius in epiſtolam ad Hebræos cum præfatione. Racoviæ, 8°.

Idem in Bibliotheca fratrum Polonorum, F. Crellii operibus inſertus, ipſo enim adjuvante, prout ſupra ſub Crellio docuimus, concinnatus eſt.

Commentarius in epiſtolam ad Galatas etiam potiſſimùm ex Johannis Crellii prælectionibus conſcriptus eſt. Racoviæ 1628. 8°. Præfixa eſt Slichtingii præfatio.

Commentarius in tria priora capita epiſtolæ ad Romanos itidem ex Crellii prælectionibus ab ipſo conſcriptus eſt. Racoviæ. 1636. 8°. Ambo hi Commentarii inſerti ſunt etiam Bibl. Fr. Pol. inter Crellii opera.

Quæſtiones duæ: Una, Num in Evangelicorum religione dogmata habeantur, quæ vix ullo modo permittant, ut qui ea amplectatur, nullo in peccato perſeveret. Altera, Num in eadem religione, quædam concedantur Chriſti legibus inconceſſa? contra Balthaſarem Meiſnerum diſputata. Typis Pauli Sternacii a. 1636. 8°. Inſcriptus is liber DD. Adamo & Andreæ Goſlaviis fratribus germanis.

De SS. Trinitate, de moralibus N. & V. Teſtamenti præceptis: item de ſacris euchariſtiæ & baptiſmi ritibus. Diſputatio adverſus Balthaſarem Meiſnerum. a. 1637. 8°. Allegantur etiam ejus

Tres quæſtiones de Trinitate: quæ dubito an non eædem

dem ſint cum modo memoratis opuſculis.

Confeſſio fidei Chriſtianæ, edita nomine eccleſiarum quæ in Polonia Unum Deum, & Filium ejus unigenitum Ieſum Chriſtum, & Spiritum S. profitentur a. 1642, 4o.

Eadem Polonicè: Wyznanie wiarg, &c.I.e. Confeſſio fidei eccleſiarum quæ in Polonia Chriſtianæ appellari amant: omnium nomine edita. a. 1646. 4°.

Eadem Latinè, ſecunda editio correctior, collata cum Polonica ejuſdem Authoris, ab eodemque denuò recognita & variis in locis auctior reddita. a. 1651. 8°.

Eadem Belgicè. a. 1652. 8°.

Eadem Germanicè.

Notæ [ ſub nomine Ioannis Simplicii ] in Doctiſſimi cujuſdam viri [ videlicet Hugonis Grotii ] commentationem ad ſecundum caput poſterioris ad Theſſalonicenſes epiſtolæ. a. 1643. 8°.

Notæ in concionem Vechneri habitam Liſſæ a. 1639. de capite I. Evangelii S. Johannis. Racoviæ a. 1644. 8°. & 12o. Cum diſſertatione de Verbo Dei.

Item Belgice. a. 1649. 4o.

Epiſtolæ ad Georgium Calixtum Theologiæ Doctorem & Profeſſorem. a. 1645. M S.

Epiſtolæ ad Georgium Schonhoffium Soc. Jeſu Theologum S. R. Maj. a. 1645. M S.

Epiſtolæ ad Matthiam Gloſkovium Camerarium Caliſſienſem, in materia de Satisfactione & merito Chriſti, deque redemtione per ſanguinem ejus; ad aſſerendam Sociniin Confeſſione Dominorum Reformatorum accuſati, innocentiam. a. 1645. M S.

Scriptum Dominis Doctoribus Regiomontanis tranſmiſſum, a. 1645. 25. Novemb. continens reſponſionem iteratam ad loca à D. Doctore Dreiero inter diſputandum allegata. M S.

Oratio ad Ieſum Chriſtum Filium Hominis.

Eadem Polonicè reddita. a. 1646. 12°.

Explicatio ſex præcipuorum locorum, quæ pro Trinitate afferuntur.

Eadem Belgicè, cum præfixa præfatione anonymi, & adjunctis duobus brevibus tractatibus Crellii & Stegmanni.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Anteekeninge en verklaaringe over de ſes voornamſte Schriftuer plaetſen / die men plagh te gebruicken tot bewijs van de drieenigheyd en de eewige Godtheyt Christi. a. 1649. 4°. met een tractaetje van Crellius en Stegmannus.

Explicatio quatuor locorum S. Scripturæ, Divinitatem Jesu Christi concernentium, nimirum Col. 1. 15--- 21. Hebr. 1. Ioh. 8. 56, & ſeqq. Ioh. 1. 1---19. Primùm Polonicè conſcripta.

Eadem Belgicè a. 1649. 4°. adjunctis nonnullis qui ſequentur tractatibus. Sub hoc titulo: Klaare uytlegginge van vier plaatſen der H. Schriftuur / de Godheyd Jeſu Christi aangaande; Coloſſ. 1. 15--- 21. Hebr. I. Ioh. VIII. 56, &c. Ioh. 1. 1---19. in 't Poolſch beſchreeven. Daar is by gevoegt: 1. Van de oorſaken van Christi dood (forte Crellii.) 2. Bekentenis Christophori Ostorodi. 3. Kort Begrip van de Christelijcke relegie / (forte F. Socini) Het diſcours van de oorſaachen waarom den Evangelio Jeſu Christi geloost of niet geloost werd: en dat Godt de geloovige heerlijck beloonen / en de ongeloovige ſtraffen ſal. (F. Socini) 5. Rijm teegen de Drieheyd. 6. Matth. XXVIII. vers. 19. 7. 1. Ioh. V. 7. 8. Kort onderſoeck tuſſchen twee / die aangaende de H. Drievuldigheyd diſputeeren / wien van eyndelijck naa lang twiſten de overwinnige ſal toeſchrijven (Ioachimi Stegmanni Iunioris.)

Epiſtola Apologetica in qua continetur, Relatio cauſæ ... a. 1646, in Comitiis Warſawienſibus agitatæ, & decreti contra eum ibidem lati; ſcripta Idibus Juliis a. 1650. & eodem anno in lucem emiſſa, in 8°.

Confeſſionis Christianæ ad rogum damnatæ & comburendæ, manium à D. Nicolao Cichovio Soc. Jeſu laceſſitorum, ſui vindices. a. 1652. 8°.

Nicolai Cichovii centuria argumentorum cæſa. a. 16.. 8°.

Idem Belgicè 1671 8°. in Latinum tranſlata per Q. V.

Cichoviuſa Diabel zaklety. in 4°. i. e. Rev. Cichovii Diabolus in cantatus, ſeu Reſponſio ad librum Cichovii in

quo ſcripſit Arianos (vulgò dictos) Diabolum pro Deo habere.

Cichovius Diabla zakletego odklac niemoze. 4°. i. e. Cichovius Diabolum incantatum recantare non poteſt.

Apologia pro veritate accuſata ad Illuſtriſſimos & Potentiſſimos Hollandiæ & Weſt-Friſiæ Ordines, conſcripta ab Equite Polono. a. 1654. 8°.

Eadem Belgicè. a. 1654. 8°.

Korte verklaaringe over verſcheyden artijckelen des Chriſtelijcken geloofs: door Ioannes Simplicius. i. e. Brevis explicatio variorum articulorum Chriſtianæ fidei: per Iohannem Simplicium. Adjuncta eſt: Korte verklaaring over het IX. cap. des briefs tot de Romeynen: geſchreeven ten gevalle van een van de Grooten van Poolen. i. e. Brevis explicatio IX. cap. epiſtolæ ad Romanos, ſcripta propter unum è Magnatibus Polonorum. Impreſſa hæc ſunt a. 1556. 8°. tranſlata è Latino MS. per P. L.

Memoriale in cauſa Fratrum Unitariorum, ab ipſo & Staniſlao Lubieniecio: Scriptum Stetini a. 1659. die $\frac{10}{20}$ Aprilis.

Quæſtiones de Magiſtratu, bello, defenſione privata, &c. in Bibl. fr. Pol. inter J. L. Wolzogenii opera impreſſæ, cum ejuſdem Annotationibus.

Annotationes oppoſitæ memoratis J. L. Wolzogenii Annotationibus, in quæſtiones de Magiſtratu, bello & privata defenſione. Itidem in Bibl. Fr. Pol. inter Wolzogenii opera impreſſæ.

Catecheſeos Eccleſiarum Polonicarum editionem novam ipſe etiam poſt J. Crellium adornavit, eidemque reſponſiones ad Martini Ruari notas adjecit. Prodiit Catecheſis hæc, *ſub tali titulo: Catecheſis Eccleſiarum Polonicarum, Unum Deum Patrem illiuſque Filium Unigenitum, unà cum Spiritu S. ex ſacra Scriptura confitentium. Anno* 1609, *in lucem primùm emiſſa, & poſt per viros aliquot in eodem Regno correcta. Iterumque interpoſitis compluribus annis à I. Crellio Franco, ac nunc tandem à Iona Slichtingio à Bucowiec recognita ac dimidia amplius parte aucta. Irenopoli ſumtibus Friderici Theophili, poſt annum Domini* 1659. i. e. circa a. 1665. 8°.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

dem Belgicè a. 1666. 4°. Eadem iterum Latinè per An-
am Wiſſowatium emendata, cum nonnullis ejuſdem &
orum notis. a. 1680. 4°.
De Uno Deo Patre. M S.
De Liberalitate & Avaritia. M S.
Explicatio Orationis Dominicæ. Pol. M S.
Concio in Pſalmum C X. totum. Pol. M S.
Eadem Latinè reddita. M S.
Aliæ complures conciones ſacræ. M S.
Notæ contra Hugonis Grotii votum de poteſtate eccleſia-
a. M S.
Contra Placæum Theologum Salmurienſem. M S.
Notæ breves, in ea quibus Cornelius Martini, unum
mDeum, trinum eſſe perſonis conatur demonſtrare. MS.
Contra Comenium. M S.
De Lotione pedum diſceptatio contra Joachimum Steg-
nnum Juniorem. M S.
Oratio ad Georgium Racocium Principem Tranſylvaniæ.
S.
Omnia Veteris Teſtamenti loca, quæ à Trinitariis pro
us dogmatis defenſione afferuntur ab orthodoxis (ut au-
volunt) eodem modo, quo Unitarii, vulgò Sociniani
i ea exponunt, explicata. Item Novi Teſtamenti loca
nia, eodem modo collecta: utrumque manu Slichtin-
, Morſcovii, Stegmanni & aliorum ſcriptum. M S.
c etiam ſequentia ſcripta Slichtingio tribuuntur.
De vera fide catholica anonymi, & ejuſdem refutatio, pro
ontra. M S.
De vero honore B. virginis. M S.
De articulis fundamentalibus.
n Bibliotheca Fratrum Polonorum, continentur Com-
ntaria ejus poſthuma in pleroſque novi Teſtamenti li-
s: in lucem emiſſa. a. circiter 1665, fol. cuncta hac-
us inedita. Sunt autem hoc ordine diſpoſita.
*Tomo primo*: cui præfixum eſt;
*Exemplum epiſtolæ Staniſlai Lubieniecii de Lubienietz,
i viro cuidam magno, Hiſtoriolam Commentariorum,
vitæ ac mortis Ionæ Slichtingii p. m. pertexit. Scriptum* 14/42
*ii* 1665.

Commentarius in Evangelium Joannis Apoſtoli.

Paraphraſis in initium ejuſdem Evangelii.

Commentarius in epiſtolam Apoſtoli Pauli ad Romanos.

*Operum Exegeticorum poſthumorum Tomo altero.*

Commentarius in priorem epiſtolam Apoſtoli Pauli ad Corinthios.

——— In Poſteriorem ad Corinthios.

——— Epheſios.

——— Coloſſenſes.

——— Philippenſes.

——— I. ad Theſſalonicenſes.

——— II. ad Theſſalonicenſes.

——— I. ad Timotheum.

——— II. ad Timotheum.

——— ad Titum.

——— Philemonem.

——— I. Petri Apoſtoli.

——— II. Petri

——— I. Johannis Apoſtoli.

——— II. Johannis.

——— III. Johannis

Fragmentum in epiſtolæ Iudæ verſum 7.

*Continuationem hujus Bibliothecæ dabimus ſub I. L. Wolzogenio.*

Commentarius in Evangelium Iohannis Belgicè redditus prodiit in 4o.

SAMUEL IARAI Hungarur. Plebanus Claudiopolitanus poſt Valentinum Radecium.

De Divortiis. 4°. & alia.

IOACHIMUS STEGMANNUS Marchicus Germanus. Rector Gymnaſii Racovienſis, in quo munere Martino Ruaro ſucceſſit: poſt Paſtor Unitariæ Eccleſiæ Saxonicæ Claudiopoli: ubi deceſſit circa annum 1632.

Controverſia hujus temporis de Eccleſia. a. 1626. 4o.

De uſu rationis in rebus ſacris, Germanicè, M S. allegatur a. 1629.

Examen theſium Bergii, M S. allegatur eodem anno.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Refutatio Reſutationis Catecheſeos. M S. allegatur eo-
m anno.

Novi Teſtamenti verſioni Germanicè, ipſe una cum
hanne Crellio inſudavit. Prodiit illa Racoviæ. a. 1630. 8°.

Inſtitutionum Mathematicarum libri duo, quibus ini-
Arithmeticæ & Geometriæ, pro incipientibus delucidè
plicantur & ad praxin accommodantur: Juſſu ſuperiorum
uſum Scholæ Racovianæ conſcripti. a. 1630. 8°.

Epiſtola M S. quâ viro cuidam excellentiſſimo ſenten-
m ſuam de Satisfactione Chriſti exponit: ſcripta Moë-
chii a. 1630, die 7. Novembr. M S.

*Von der Reformation der gemeinte Chriſti*. a. 1632. 8°.

Idem Latinè, De vera reformatione Eccleſiæ Chriſti
S.

Brevis Diſquiſitio, an & quomodo vulgò dicti Euangeli-
Pontificios, ac nominatim *Valeriani Magni de Acatholi-
um credendi regula judicium*, ſolidè atque evidenter refu-
e queant. Eleutheropoli apud Godfridum Philalethium.
1633. 12°.

Contra Botſaccum, Germanicè ſub hoc titulo; *Probæ
einfältigen warnung Botſacci, furder New, photini-
ſchen lehr*. Rachau a. 1633. 8°.

*Kenzeichen der falſſen lehrer*. a. 1637. 8°. i. e. Notæ
ſæ doctrinæ.

Libri duo de Judice & Norma controverſiarum fidei.
eutheropoli typis Godfidi Philadelphi a. 1644. 12°. ſed
tantum liber primus: nam auctor morte præventus cæ-
a abſolvere non potuit.

Idem Belgicè. a. 1668. 8°.

Idem tractus plenior, M S.

Delineatio Theologiæ, ſeu fidei Chriſtianæ: libris duo-
is. M S.

De diſciplina eccleſiaſtica M S.

De præcipuis in religione Chriſtiana controverſiis MS.

Analecta Mathematica. M S.

Logica. MS. allegatur etiam ejuſdem
Metahyſica reformata.

CHRISTOPHORUS STEGMANNUS,
odo memorati Ioachimi frater junior.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Dyas Philoſophica. Stetini. 4°. a. 1610. & 1631.

Hyperaſpiſtes Dyadis Philoſophicæ: contra Valentinum Fromm. Logknizii a. 1632.

Metaphyſica repurgata. M S.

LAURENTIUS STEGMANNUS, qui proſcriptus cùm ſchola Racoviana, cujus Rectorem agebat a. 1637, everteretur, TRIBANDER appellari voluit: Ioachimi & Chriſtophori frater.

Epiſtola ad Dobeſlaum Cieklinſki ſcripta 13 Cal. Majas, a. 1642. unà cum Elegia ad eundem, in qua conjugis ipſius obitum deflet. M S.

Epiſtola ad Johannem Wojenſki Medicinæ Doctorem, 15 Cal. April. a. 1642. M S.

Carmen ad nobiliſſimum juvenem Staniſlaum Lubieniecium. M S. &

Alia, M S.

..... REYCHELIUS.

Annotationes in varia S. Scripturæ loca.

LANCELOTTUS à BREDERODE, è nobiliſſima Batavorum proſapia oriundus: Aſſeſſor Judicum Curiæ Hollandiæ, quo munere circa annum 1620, privatus eſt, ideo quod exequutionem decretorum contra Remonſtrantes latorum, non prout cæteri vellent, urgeret. Circa annum 1558, adhuc in vivis fuit.

Apoſtaſia Chriſtianorum: **dat is van den Afval der Chriſtenen.** Poſterior editio (nam priorem non vidi) impreſſa eſt in 8°. annus non additur. Titulo ejus ſubjectum eſt, **door L. v. B.** & tandem in 12°. a. 1659, ſine auctoris nomine, quæ optima eſt editio. Alii tamen putant, hanc eſſe primam editionem, & memoratam ſecundam non longè poſtea editam eſſe. Liber is unà cum S. Curcellæi Quaternione publicè in Belgio prohibitus eſt.

HERMANUS MONTANUS Belga. Alumnus Reformatorum in D. D. Ordinum collegio Lugduni Batavorum: poſt verò apud Remonſtrantes perſecutionis eorum tempore Eccleſiaſtes.

**Nietigheyt van de kinderdoop. Amſterdam/** 1647, 8° **en** 1648, 8°. i. e. Vanitas Pædobaptiſmi.

S. [ni-

S. [ni fallor SIBRANDUS] DOMINICI MONTANUS, ...iſius.

...Schriftuurlijcke Diſputatie aangaande het weeſen ...Godheyt Jeſu Chriſti / tuſſchen Mr. S. Do...minici Montanus / en Pieter Jansz Twisk / na ...coppe tot Dantzigh / a. 1650. 8°. begrepen in ...nige brieven upt Harlingen nae Hoorn geſchreven/a. ...25, 1626, en 1627. daar achter by gevoeght is 't ant...woord van Iſaack Sixt / op 't argument van Jan ...Witte voor de opperſte Godheyt Chriſti. I. e. Scri...turalis Diſputatio de eſſentia & divinitate Ieſu Chriſti, inter ...r. S. D. Montanum & Petrum Iohannis Twisck juxta ...emplar Dantiſcanum a. 1650. 8°. in qua continentur ...quot epiſtolæ Harlingâ (ubi Montanus degebat) Hor...n ad memoratum Twisck Seniorem ſeu Epiſcopum (...Iennonitarum qui Friſii appellantur) ſcriptæ. a. 1625, ...26, & 1627. cui adjuncta eſt reſponſio Iſaaci Sixti ad ar...mentum Iohannis de Witte, pro ſumma divinitate Chri...ſ...

DANIEL BRENIUS Harlemo Batavus: M. Si...monis Epiſcopii SS. Theol. Profeſſoris, diſcipulus. Natus a. ...94. Obiit a. 1664.

Examen tractatus à M. Simone Epiſcopio conſcripti, ...er quæſtione, an liceat Chriſtiano Magiſtratum gerere? ...ptum a. 1620, circiter: editum tomo ſecundo operum ...iſcopii.

Ejuſdem plenior & perfectior refutatio Belgicè ſcripta, a. ...40.

...dem Belgicè: Van de hoedanigheyd des Rijcks ...riſti. Amſterdam a. 1641. 8°. en a. 1657. 8°. ...tweede druck. daar is bygevoeght; Verklaarin... van de gewichtigheyd des geſchils / of en hoe ver... het een Chriſten paſt de wereldlijcke heerſchappye ...bedienen / geſteld in twee brieven van Daniel van ...reen. Item, een korte verklaaring over het 5 / 6 ...7 capittel van Mattheus. Item verklaaringe o...r Luc. VI. verſ. 17. tot het eynde des capittels. ...e. De qualitate Regni Chriſti: Amſtelædami a. 1641, ... & a. 1657. 8°. Secunda editio. Cui adjuncta ſunt;

Declaratio controverſiæ, an & quomodo Chriſtiano liceat Magiſtratum politicum gerere? propoſita in duabus epiſtolis Danielis Brenii [quarum poſterior eſt ad Franciſcum Oudanum quæ epiſtolæ 10 aut 11 annis ante prædictum tractatum ſunt conſcriptæ] Item, Brevis explicatio 5, 6, & 7 capitis Matthæi. Item, explicatio Lucæ cap. 6. à verſu 17, ad finem capitis.

**Chriſtelijcke deugden-ſpiegel/ &c. Amſterdam/** 1630. 8o. I. e. Chriſtianarum virtutum ſpeculum: ſeu deſcripto cauſarum, attributorum, & eſſentialium partium, Religionis Chriſtianæ: demonſtratione unius cujuſque neceſſitate & utilitate. Omnia claris teſtimoniis S. Scripturæ illuſtrata & confirmata.

Opera Theologica. quibus præfixa eſt,

*Franciſci Cuperi, Operis editoris, commonitio ad Lectorem: de tractatu Danielis Brenii, operum D. S. Epiſcopii ſecundæ parti inſerto.* Huic ſubjunctæ ſunt,

Epiſtolæ duæ ſuper quæſtione de Magiſtratu quarum poſterior ad FranciſcumOudanum exarata eſt. Epiſtolæ hæ, unà cum dicta commonitione biennio poſt reliqua quæ ſequuntur opera impreſſæ ſunt, anno nimirum 1666. Has ſequitur,

*Præfatio editoris, continens neceſſariam ad Chriſtianum lectorem commonitionem.* Item.

Introductio brevis ad intellectum ſacrarum literarum. Hanc ſequuntur potiſſimam partem memoratorum Operum Theologicorum conſtituentes,

Breves in Vetus & Novum Teſtamentum Annotationes.

Tractatus de Regno Eccleſiæ glorioſo, per Chriſtum in terris erigendo.

De qualitate Regni Domini noſtri Ieſu Chriſti: quodque illud totum in ſpirituali dominio conſiſtat.

Amica Diſputatio adverſus Judæos, continens examen ſcripti cujuſdam Judaici, è Luſitanico in Latinum verſi & reſponſionem ad quæſtiones inibi Chriſtianis propoſitas.

Dialogus breviſſimus de veritate religionis Chriſtianæ. Cui ob affinitatem materiæ annexa eſt,

*Brevis Demonſtratio Religionis Criſtianæ veritatis.* Auctor ejus eſt, Joachimus Stegmannus Junior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

ldenda quædam in librum Jobi, Pſalmorum, Prover-
im, Eccleſiaſtæ Salomonis, &c. Omnia hæc impreſſa
Amſtelædami quod Henricum Dendrinum & Franciſ-
Cuperum. a. 1664. fol.

)riendelijcke diſputatie tegen de Jooden: ver-
lt door J. F. Oudaan 1664. 4o. i.e. Amica Diſputatio
ra Judæos, tranſlata per J. F. Oudanum.

)erklaringe over het boeck des H. Jobs/ en
Openbuaringe Johannis/door Frans Kupper
het Latijn vertaalt/ en door den autheur en
ceſetter overgezien/ en wel het derde deel grooter
in het Latijn gemaackt. Mitſgaders deſſelfs
ck van het geeſtelijck triumpherende rijck Chri-
den tweeden druck/ t' Amſterdam. 1666. 4°.
tractaat van 't geeſtlijck triumpheerende rijck
riſti/ is a. 1666. 4°. voor 't tweede maal in
ts/en voor die tijd twee maal in Latijn gedruckt.
Explicatio in librum S. Jobi, & Apocalypſin Johannis,
Franciſcum Cuyperum è Latino tranſlata, & per au-
em ac tranſlatorem recognita, & tertià parte major
m in Latino fuit reddita. Item, ejusdem liber de Spiri-
i triumphanti regno Chriſti: ſecunda editio Amſtelæ-
ii, a. 1666. 4°. Tractatus de Spirituali triumphanti
o Chriſti, impreſſus eſt a. 1666. 4o. ſecunda vice Bel-
& antehac bis Latinè.

ompendium Theologiæ Eraſmicæ. Rotterodami, a.
7. 24°.

dem Belgicè, vertaalt door Fr. de Haes. [i. e.
ſlatum per Franciſcum de Haas] Rotterdami a. 1679.
l Iſaacum Næranum cum præfatione Joachimi Oudani.

dem Belgice, ex alia meliore verſione. Rotterd. 1679. 12o.

piſtola ad Martinum Ruarum, data Amſtelodami, 27
. 1627. & impreſſa in ſecunda centuria epiſtolarum
iri. Amſteld. 1681. 8o,

piſtolæ ad Wolzogenium, MS. ut &

lia multa inedita.

OHANNES LUDOVICUS WOLZOGE-
US, Auſtriacus, Liber Baro in Tarenfelt, S. Ulrich,

&c. prius Reformatorum ſacris addictus; poſt cùm ob religionem à Pontificiis Auſtria patria ſua exactus in Poloniam veniſſet. Unitariorum religionem amplexus eſt. Obiit circa annum 1658, in Sileſia prope Uratiſlaviam, ultra 62 annos natus.

*Erklärung der beyden unterſchiedlichen meinungen von der natur und weſen des einigen alterhochſten Gottes* 1646. 4°. i. e. Declaratio duarum contrariarum ſententiarum de natura & eſſentia unius altiſſimi Dei.

*Antwort auff die örter der H. Schrift alten und neuwen Teſtaments, welche fur die dreyfaltigkeit und Gottheit des Sohnes beygebracht werden.*

Idem Latinè; Explicatio locorum, S. Scripturæ tam veteris quam novi Teſtamenti, quæ ad probandum dogma Trinitatis adferri ſolent. MS.

*Die triumphirende Kirche unſers Herren hier auff erden.* i. e. Eccleſia Domini noſtri hic in terris triumphans.

Breves, in Meditationes Metaphyſicas Renati Carteſii, Annotationes. Amſtelædami apud Johannem Henrici. a. 1657. in 4°.

Eædem Belgicè, per M. K. tranſlatæ. Amſtel. apud Fridericum Klinkhamer, in 4°.

Epiſtola ad Iohannem Amos Comenium, Germanicè: quam Comenius inſeruit libro ſuo contra Melchiorem Schefferum, de quæſtione utrum Dominus Ieſus propriâ virtute à mortuis reſurrexerit. Amſtel. apud Ianſſonium a. 1659. 8°.

Epiſtolæ ad Danielem Brenium: ut & ad alios. MS.

Commentarii in quatuor Evangeliſtas Germanicè. item

Commentarii in Epiſtolas Paulinas, itidem Germanicè: quarum mentionem etiam facit Giſſelius in hiſtoriâ eccleſiaſtica, verùm eorum autographum una cum autographo memoratorum Commentariorum in Evangelia, à quibusdam qui proprium potius quam publicum quærebant commodum, flammis abolitum eſt. Ita ut nunc ex Commentariis in epiſtolas Apoſtoli, nihil præter titulum ac vitam S. Pauli (Latinè redditam & Bibliothecæ fratrum Polonorum inſertam) nobis remaneat.

Conciones Sacræ XXII, lingua Germanica. MS. fol.

Quorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Quorum autographum proximè præcedente 1681 anno, videre mihi contigit in Batavia apud Antonium à Hoëk, in cujus manus poſt auctoris obitum devenerunt: qui etiam eas in Belgicum tranſtulit idioma.

Librum Iohannis Crellii de Uno Deo Patre in Germanicum tranſtulit. a. 1645. 4°.

In Bibliotheca Fratrum Polonorum Unitariorum, operibus exegetica, didactica, & polemica, cum nonnullis Andreæ Wiſſowatii Commentariis, hac ſerie diſpoſita ſunt.

Commentarius in Evangelium Matthæi cum Prolegomenis & Appendicibus.

—— in Evangelium Marci.

—— in Evangelium Lucæ.

—— in partem Evangelii Johannis: nam commentarium in cap. VI, VII, VIII, IX, & X, in autographo deerat: ideoque hæc capita ſuppleta ſunt à Ioachimo Stegmanno Iuniore: qui omnes Commentarios hos è Germanica in Latinam tranſtulit linguam.

A. W. (i. e. Andreæ Wiſſowatii) Commentarius in Acta SS. Apoſtolorum.

I. L. Wolzogenii Proëmium in epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Romanos: continens vitam S. Pauli.

A. W. Annotationes in epiſtolam S. Iacobi.

A. W. Annotationes in epiſtolam S. Iudæ.

*Poſt hæc rurſum Wolzogenii opera ſequuntur: nimirum,*

Præparatio ad utilem SS. Literarum lectionem. In cujus parte prima, de natura, & qualitate Regni Chriſti & religionis Chriſtianæ diſſeritur. *In fine pauca deſiderantur.* In altera vero, doctrina de tribus in una Deitate perſonis excutitur.

Compendium Religionis Chriſtianæ.

Declaratio duarum contrariarum ſententiarum, de uno Deo Patre, & de uno Deo in eſſentia & tribus perſonis.

Conciones tres ſuper Iohannis XVII. 3. quarum ultima non eſt ad finem perducta.

Annotationes ad quæſtiones Ionæ Schlichtingii à Bucowiec: de Magiſtratu, bello & defenſione.

Annotationes in Meditationes Metaphyſicas Renati des Cartes.

Reſpon-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Reſponſio ad Ionæ Slichtingii Annotationes in Annotationes de Bello, Magiſtratu & privata defenſione. *Hucuſque Bibliotheca Fratrum Polonorum Unitariorum.*

Ex memoratis, hæc ſequentia, in Belgicum tranſlata ſunt.

**Predicatien over de woorden/** *Dit is het eeuwige leeven*, &c. Ioh. XVII. 3. **vertaalt door Daniel van Loenen. Amſterdam/** 1673. 12°. i. e. Concio ſuper verba, Hæc eſt vita æterna, &c. Ioh. XVII. 3. tranſlatæ in Belgicum per Danielem à Loenen.

Præparatio ad utilem lectionem N.T. ſub hoc titulo **De Weerlooſe Chriſten/ verbeeldende de natuur en hoedaenigheyd van het rycke Chriſti: als ook** 3. **predicatien over** Ioh. VII. 3. **met eenige byvoegingen van Dr. Pieter Langedult.** a. 1676. 8°. i. e. Chriſtianus inermis, exprimens naturam & qualitates Regni Chriſti: ut & tres conciones ſuper Ioh. XVII. 3. cum nonnullis additamentis Doctoris Petri Langedult.

FLORIANUS CRUSIUS Doctor Medicinæ: Wolzogenii cujus ſororem in Matrimonio habuit, affinis: Dicitur omnium qui Sociniani vocantur, Philoſophus excellentiſſimus.

Epiſtolæ ad Martinum Ruarum, inſertæ poſteriori centuriæ epiſtolarum Ruari. Amſtelod. a. 1681. 8°.

De vera voluntatis libetate. M S.

De vi mortis Chriſti. M S. Latine & Germanice.

Epiſtola ad Merſennum de Dei vera cognitione. M S. Germanicè.

De Origine & eſſentia Filii Dei. M S.

*Von des menſsen natur und vermögen.* M S. i. e. De hominis natura & poteſtate.

*Von der gemeinte Chriſti.* M S. i. e. de Eccleſia Chriſti.

*Bekentnüſs.* M S. i. e. Confeſſio.

*Von afferſtehung der lieber.* M S. i. e. de reſurrectione corporum.

Contra Atheos. M S.

De Filio Dei. M S,

Explicatio initii Evangelii S. Iohannis. M S. qua in re ut ab Andrea Wiſſowatio, & poſt à Daniele Zwickero (qui

M S.

M. hoc ſe poſſidere dicebat ) diverſam á cæteris qui Soci-
ni vocantur, opinionem habuit.

*Antwort auff Paul Felgenhauwers prob, buchlein.* i. e. Reſponſio ad Pauli Felgenhauweri probam. Videtur etiam ſcripſiſſe,

e ratione in Theologia: nam ea de re contra eum ſcripſit Feluringerus.

DAMUS FRANCUS Sileſius, Succeſſor Joachimi Stegmanni in Rectoratu Scholæ Racovianæ, poſt pastor & plebanus eccleſiæ Claudiopolitanæ in Tranſylvania. Obiit anno 1656, annos natus 60.

xplicationes & Conciones in varia loca Novi Fœderis: : alia non pauca M S.

LIAS ARCISSEVIUS, Eques Polonus Eliæ Arciſſevii Paſtoris & Patroni Eccleſiæ Smiglenſis filius. Quondam Tribunus militum Regis Danorum, ut & Aulicus Regis Poloniæ. Germanus ejus natu junior fuit Chriſtophorus Arciſſevius, qui Batavorum Occidentalis Indiæ Societatis exercitui in Braſilia præfuit.

criptum ( in lucem emiſſum ſub nomine cujuſdam illuſtris Equitis Poloni Aulici Regii ) quo Regi ipſi rationem reddit conſcientiæ ſuæ, quod relictis aliis religionibus, uni quam vocant Arianam, ſe addixerit. a. 1649. 8°.

piſtola ad Illuſtrem Dn. Cazanovium Mareſchalcum curiæ Regni, quâ religionis ſuæ, quæ Ariana vulgò audit, rationem reddit. M S. Pol.

ETUS MORSCOVIUS à Morſcow, Eques Polonus, Paſtor Eccleſiæ Lachovecenſis hinc Crelovienſis, & tandem Czarcovienſis.

Reſponſio ad librum cujuſdam miniſtri Evangelici [miniſtri Thomæ Ibengerſcii] dictum *Aſymbolum Sacinianorum, &c. Necredo hodiernorum Arianorum*: additum eſt ſymbolum Evangelicorum Doctorum de ratione ſalutis humanæ, collectum ex ipſorummet Scriptis. a. 1632. 4°. Pol.

ræfatio in Johannis Crellii Prima Ethices elementa: Scripta Krzecoviæ 28 Auguſti, 1635.

ræfatio præfixa Commentario in epiſtolas ad Theſſalonicenſes, quem ipſe ex prælectionibus J. Crellii concepit. a. 1636, Maji.

Eadem

Eadem Belgicè.

Commentarios J. Crellii in epiſtolas, priorem ad Timotheum, ad Titum, & ad Philemonem ex ipſius prælectionibus conſcripſit: qui inſerti ſunt Bibl. fr. Pol.

Concio quâ Jacobo Sieninio Podoliæ Palatinidæ Racoviæ anno 1639, parentavit. M S. Pol.

Contra Keslerum.

Politia Eccleſiaſtica, ſive forma [Agendam vulgò vocant] regiminis exterioris Eccleſiarum quæ unum Deum Patrem, per Filium ejus unigenitum Ieſum Chriſtum, in Spiritu Sancto confitentur: tribus libellis explicata, quam juſſu Eccleſiarum in uſum eccleſiarum Belgicarum, conſcripſit ſub hoc anagrammate; *Veri promus cuſtos*. MS.

CHRISTOPHORUS LUBIENIECIUS à Lubieniec, Eques Polonus, Chriſtophoro Andreæ germano genitus. Paſtor eccleſiæ Racovienſis, poſt Lublinenſis. Obiit a. 1648, paulo major quinquagenario.

Epiſtola ad Martinum Ruarum, ſcripta a. 1618, die 30 Iulii: inſerta poſteriori centuriæ epiſtolarum Ruari, Amſtel. a. 1681. 8°.

Epiſtolæ ad D. Paſchalem, de Chriſto non ſtatim poſt mortem in corpore glorioſo reſuſcitato.

Oratio quam habuit in Comitio Lublini. a. 1634. die 3. Iunii. M S. Pol.

Proteſtatio de innocentia Sententiæ noſtræ [videlicet Unitariorum] de Ieſu Chriſto Domino noſtro. M S.

Antidotum in adverſis modernis, a. 1647. M S.

Epiſtolæ ad varios. M S.

JACOBUS RYNIEVICIUS, Eques Polonus, dictus etiam JOHANNES TREMBECIUS: quod nomen aſſumſit infamiâ tectus ac proſcriptus, cùm eccleſia Kiſſelinenſis cujus paſtorem agebat, a. 1644, everteretur. Paſtor Lublini, poſt Kiſſelini, hinc in Lithvania, & tandem eccleſiæ exulantis in Boruſſia, ubi etiam a. 1678 vita functus eſt, annos natus 81.

Rhapſodiæ continentes res memorabiles in religionis potiſſimum negotio, præterito & hoc ſæculo, geſtas. MS. Pol.

Conciones Sacræ. M S. Pol.

Epi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

piſtolæ. MS.

USTACHIUS GISELIUS, Roxolanus, Sc lӕ Kiſſelinenſis Rector.

ber Thomæ à Kempis de imitatione Chriſti, in Græcu idioma tranſlatus. Francofurti ad Viadrum a. 1626.

ntapologia, ſive Refutatio Apologiæ quam ad nationem Ruthenicam fecit Meletius Smotriski dictus Archiepi pus Polocenſis, ſub nomine Gelaſii Diplici edita, a. 161, Pol.

HEODORUS SIMONIS Holſatus, Rector Sc læ Kiſſelinenſis: PHILIPPUS COSMIUS appe ri voluit, poſtquam ab eo editus eſt,

ber de Papatu: cujus titulus me latet. Ab eodem ador ta eſt,

nuæ Comenianæ verſio Græca.

ELCHIOR SCHAFFERUS Germanus.

*urtzer bericht auff die frage, ob der Herr Ieſus ſich ſelbſt au ygener kracht von den todten aufferweckt habe.* I.e. Brevis ſponſio ad quæſtionem, num Dominus Jeſus propria vi ſe um à mortuis reſuſcitaverit. edita in Polonia a. 1637.

em Belgicè. 1653. 4°. verſum è Germanico.

UILIELMUS HENRICUS VORSTIUS, Conradi filius aſtor eccleſiæ Remonſtrantium Warmondi in Batavia.

iſceptatio de Verbo vel Sermone Dei, cujus creberrim it mentio apud Paraphraſtas Chaldæos, Jonathan, Onkel, & Thargum Hieroſolymitanum. Irenopoli apud hærec Jacobi Laringhii, 1643, 8°.

tum: verum ipſius hunc fœtum eſſe, præter conſtantem famam, colligo inde, quod Latinum M S. ipſius manu exaratum inter libros ejus repertum ſit. Libelli etiam cui titulus eſt,

Scriptura S. Trinitatis Revelatrix: qui ſub nomine Hermanni Cingalli, quaſi Goudæ [revera autem Amſtelædami] a. 1678. 12°. in lucem prodiit; quisnam auctor ſit, haud difficile erit his, qui Dominum Sandium ejusque genium ac ingenium noverant, divinare.

Problema Paradoxum de Spiritu Sancto: annon per illum, Sanctorum Angelorum genus intelligi poſſit? *Addita ſunt* Addenda alterius Auctoris, [nimirum F. C.] ſeu Refutatio opinionis Socinianorum, Spiritum Sanctum perſonam eſſe negantium. Coloniæ [i. e. Roterodami] apud Joannem Nicolai. a. 1678. 8°.

Appendix Addendorum, Confirmandorum & Emendandorum, ad Nucleum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ. In qua ſub finem adduntur tres epiſtolæ: quarum prima eſt Auctoris ejusdem ad D. Samuelem Gardinerum, SS. Theol. Profeſſorem, & Regiæ Majeſtati Magnæ Britanniæ à Sacris: ſcripta in defenſionem ſui Nuclei Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, Amſtelædami, 7 Eid. Septembr. 1677. Secunda D. Gardineri reſponſoria: data Eccintoniæ in agro Derbienſi, Feſto S. Andreæ, 1677. Tertia Auctoris reſponſoria ad D. Gardineri epiſtolam: data Amſtelædami, Eid. Iun. 1678. Impreſſa hæc ſunt Coloniæ [i. e. Amſtel.] apud Ioannem Nicolai, a. 1678. 4°.

Catalogi Patriarcharum & Epiſcoporum, Hieroſolymitanorum, Antiochenorum, Alexandrinorum, Epheſinorum, Smyrnenſium, Sardenſium Syriæ, Cæſareënſium Paleſtinæ, Tyriorum, Byzantinorum & Conſtantinopolitanorum, Cæſareënſium Cappadociæ, Romanorum: adjuncti A. Wengerſcii Slavoniæ Reformatæ. Amſtel. 1679. 4°.

Scripta, quæ una cum patre ſuo, Theologis Regiomontanis obtulit, ſupra ſub patre ejus Chriſtophoro Philippi Sandio collocavimus.

Problemata nonnulla Mathematica. M S.

De Reſtauranda Religione, ſeu De Monarchia Dei Liber:

ber Auctore Chriſtiano Sophodro Vinerio, quod per anagramma eſt, Chriſtophoro Sandio Iuniore. M S.

Quæſtiones & Problemata quædam Theologica. M. S.

Exegeſes in varia S. Scripturæ loca, cùm Veteris, tum Novi Fœderis. M S.

Argumenta de Dei exiſtentia, & de ejus attributis. M. S.

Confeſſio de Deo Patre, Filio ac Spiritu ſancto, ſecundum Scripturas. M. S. quæ (prout ſupra diximus) in Gallicum tranſlata prodiit a. 1678. 12o.

**De verkorte Reden-konſt.** i. e. Compendium Logicæ. M S.

Contra Andreæ Wiſſowatii Objectiones, de Filio Dei ante mundum creato, poſt incarnato. a. 1673. M S.

De materia mundi, utrum ſit ſine ullo initio, ac Deo coæva, an verò ab ipſo producta? cum N. N. Diſceptatio. M S.

Summa Colloquii cum D. Zwickero de præexiſtentia Domini Jeſu Chriſti ante nativitatem ex virgine (quam Zwickerus oppugnabat, Sandius verò propugnabat) habiti, anno 1677. M S. Belgicè.

Notæ in Andreæ Wiſſowatii Objectiones de Filio Dei ante mundum creato, poſt incarnato. a. 1678. M S.

Epiſtola ad D. Chriſtophorum Wittichium, S. S. Theol. & Philos. Doctorem, illiusque in Academia Lugduno-Batava Profeſſorem: quâ cauſſam Dei Patris Domini noſtri Jeſu Chriſti agens, reſpondet ad librum, cui memoratus D. Profeſſor titulum fecit; *Cauſſa ſpiritus Sancti.* Scripta 4. Cal. Majas, 1679. M S.

**Verſchillen onder de Chriſtenen / van Chriſti en der Apoſtelen tijden af; aangaande Godt den Vader/ de Sone Godts/ en den H. Geeſt.** Differentiæ inter Chriſtianos, à Chriſti Apoſtolorum temporibus, de Deo Patre, Filio ejus, & Spiritu Sancto. M S.

**Van de Conſcientie dwangh.** i. e. De conſcientiarum coactione: in quo tractatu demonſtratur, neminem ob religionem pœnis eſſe afficiendum. Scriptus a. 1680, offerente ſe tunc temporis hujus rei occaſione. M. S.

Andreæ Wiſſowatii Stimulos Virtutum, Fræna Peccatorum

torum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

torum, in Belgicum ex parte tranſtulit: nam morte præventus, cætera abſolvere non potuit. M S.

Continuationis Notarum & Animadverſionum in Voſſii libros de Hiſtoricis Latinis, fragmentum. M S.

Dialogus, inter Chriſtophorum Pontificium, Martinum Lutheranum, Ioannem Calviniſtam, Georgium Calixtinum, Abrahamum Fanaticum, & Iſraëlem Iudæum. M S. Opuſculum imperfectum.

De Simonis Magi opinionibus, earumque fautoribus, Opus vix inchoatum, Epiſtolæ ad varios. M S.

Bibliotheca Anti-Trinitariorum; quam ecce præ manibus habes, opus poſthumum.

NATHANAEL STUCKEY, Anglus, Natus a. 1649, Eccleſiæ eorum, qui Bidelliani nuncupantur, Londini patronus. Obiit circa. a. 1678.

Catecheſes Iohannis Bidelli ex Anglica in Latinam tranſtulit linguam, anno 1664, ætatis verò ſuæ 15, in 8°.

Oratiuncula de Paſſione & Morte Chriſti, memoratis Catecheſibus adjuncta.

AUCTORES ANONYMI. Seu ſcripta ea, quorum auctores vel ignoti ſunt, vel qui adhuc in vivis exiſtentes nomina ſua malunt non vulgari.

Epiſtola agens de vulgò recepto dogmate Trinitatis: quam Franciſcus Junius in Defenſione ſua Trinitatis exhibet, ſub hoc titulo; *Epiſtola, quam præceptori orthodoxo ſcripſit diſcipulus Arianus.* A quibusdam tribuitur Fauſto Socino: verùm neſcio, quis ille præceptor orthodoxus F. Socini dici poſſit, qui αὐτοδίδακτος fuit, neminemque præter Lælium patruum, magiſtrum habuit; ſi tamen habuit, & non potius ex ejus ſcriptis ineditis poſt obitum ejus ſua hauſit. Fortaſſis eſt Petri Statorii Thonvillani, diſcipuli Theodori Bezæ.

Disputatio, ſeu Colloquium cum Trinitariis, Petricoviæ in comitiis regni a. 1665. habitum Pol. Præſentes in eo ex parte Unitariorum erant; Gregorius Pauli Breſinius Miniſter Cracovienſis, Georgius Schomanus Miniſter Xianzenſis, Staniſlaus Pacleſius Miniſter Lublinenſis, Johannes Niemojovius Judex Inovladiſlavienſis, Johannes Lutomirſcius

ſcius

ſciu Caſtellanus Siradienſis, Staniſlaus Lutomirſcius Super ·endens Mihoris Poloniæ, Nicolaus Sienicius Mareſch ·us Ordinis Equeſtris, Hieronymus Philipovius Quæſtor al. Crac. Scribæ, Albertus Romæus & Joh. Cazanovius.

Epiſtola Eccleſiarum Tranſylvanicarum, ad Eccleſias Polonicas, de Baptiſmo: in quâ latè proponunt ſententiam ſuam de hoc ritu (contrariam ſententiæ Fratrum Polonorum probantes, Chriſtianos eo nunc amplius non obligari. Scripta a. 1566. Budzinius eam exhibet Hiſtoriæ ſuæ cap. 45. IS.

Concluſiones, quod Baptiſmus non ſucceſſerit circumciſioni, in Polonia ſcriptæ: quas a. 1567, 25 Julii refutavit Benedictus Aretius.

Opus id, an totius Eccleſiæ nomine, an verò à quopiam è membris ejus, exaratum ſit, nihil certi habeo. Porro primos ac præcipuos, qui Pædobaptiſmum in Polonia oppugnarunt, hos fuiſſe reperio; Simonem Budnæum, Petrum Goneſium, Matthiam Albinum, Gregorium Paulum, Martinum Czechovicium, Petrum Statorium Thonvillanum, Staniſlaum Pacleſium, &c.

Sententiæ aliquot Doctorum de Uno Deo Patre, & de uno homine Chriſto Jeſu Filio Dei, Domino noſtro. Typis Alexii Rodecii. 8°. Hæ ſententiæ, niſi fallor, etiam extant in Miniſtrorum Sarmatiæ & Tranſylvaniæ opere de falſa & vera cognitione Dei.

De Eccleſia Judaica ſub Lege & Chriſtiana ſub Evangelio, & ejus præ illa præſtantia, nec utramque in una eademque eccleſia poſſe ſtare. Polonicè.

Wyklad mieysc niektorych piſma ſtarego y nowego Teſtamentu, ktore Antychriſt Bogiem Troyca y Chriſtuſem przed Jezuſem zmyſlonem zatrudnił: gdzie y reſpons naydziesz, na wywody Antichriſtowe, o jego Troycy. i. e. Explicatio quorundam locorum S. Scripturæ veteris & novi Teſtamenti, quæ Antichriſtus Trino Deo & Chriſto ficto, quem ante Jeſum extitiſſe ſtatuit, difficiles reddit: ubi etiam reſponſionem invenies, ad argumenta Antichriſti, pro ſua Trinitate. Loca quæ explicantur ſunt 49. Liber impreſſus eſt in 4°. verùm nec locus, nec tempus

pus editionis additum eſt·

O Dzieciokrzczenſtwie krothie wypiſanie, o zaczec ſporu y polerowania o kolo pierwſzego Sakramentu, jeſt, S. Ponurzenia w Ksieſtwie Litewskim, à poty y. w Polszcze. De Pædobaptiſmo brevis relatio, de or gine contentionis & progreſſu hujus Sacramenti, in Magn Ducatu Lithuaniæ, poſtea verò in Polonia. Adjunctus tractatus eſt Martini Czechovicii Trium dierum colloqui de Pædobaptiſmo, impreſſo Loſci in typographia Di Kiszkæ, Inciſoris Regii in M. D. Lithuaniæ, per Johan nem Karcanum è Velicia, a. 1578. 4°.

Dialogi de invocando Ieſu Chriſto in precibus, edit circa a. 1579. forte Gregorio Pauli auctore.

Articuli familiæ amoris, Londini a. 1579.

De Chriſto legiſlatore. M S.

Quæſtiones de fine hujus mundi. M S.

Quæſtio, an omnia Deo ſint præſentia? M S.

Rationes, quod Angeli ſint mundo antiquiores. M S.

Scriptum contra Andreæ Volani Paræneſin: cujus mentionem facit Fauſtus Socinus in præfatione libri contra Volanum.

Confeſſio in Synodo Lublinenſi edita a. 1593.

Colloquium Racovienſe anno 1601, 7 Martii habitum præſentibus; Fauſto Socino, Petro Statorio, Hieronymo Moſcorovio, Andrea, Staniſlao & Chriſtophoro Lubieniecciis, Chriſtophoro Oſtorodo, Valentino Smalcio, Johanne Volkelio, Johanne Franconio, Petro Przybylovicio, Petro Brelio, Chriſtophoro Stodolio. M S. Hoc Colloquium atque ſequens, idem eſſe reor cum ſcripto, quod Acta Racovienſium appellari ſolet. Præfationem in ea fecit Valentinus Smalcius: à quo acta hæc conſcripta eſſe non dubito.

Colloquium Racovienſe alterum, anno 1602, die 7 Octobris inchoatum: finitum verò die 19 ejusdem menſis, XXII. Seſſionibus. Interfuerunt hoc colloquio præter Fauſtum Socinum, ex Miniſtris quidem; Petrus Statorius, Valentinus Smalcius, Chriſtophorus Oſtorodus, Johannes Licinius, Johannes Volkelius, Martinus Czechovicius, Andreas, Staniſlaus & Chriſtophorus Lubieniecii, Marti-
nus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

mus Chriſtophorus Morzkowski, Petrus Brelius, Samuel Brelius filius, Joſephus Domanievius, Petrus Przybylovicius, Chriſtophorus Rudnicius, Valentinus Radecius Johannes Franconius, Samuel Niececius, Matthias Twardochlebius, Timotheus Kuzmic. Porrò ex Senioribus & cæteris fratribus, hi præſentes fuerunt; Hieronymus Moſcorovius, D. Jacobus Sieninski Palatinides, Staniſlaus Wyzicius, Voinarovius, Przypcovius, Johannes Baptiſta Celtis, Blonſcius, Ertman, Eraſmus & Georgius Gr..ovii, Chriſtophorus Lyczko, Chriſtophorus Morstin Wiſſowatius, Chometowski, Petrus Golecki, Iohannes Chycki, Biechowſki, Stephanus Kazimirski, Proſper Lipi, Sieſtrzeitowſki, Gigant: Severinus Martinus Daus, Georgius Leuſchnerus Norimbergenſis, Paulus Krecier, Nicolaus Ruſiecki Diaconus cœtus Racovienſis.

Colloquia, ſeu potius Exercitationes Theologicæ in ædibus Valentini Smalcii habitæ variis temporibus, à D. Staniſl. Lubieniecio & Valentino Smalcio, adhibitis Matthia Radecio, Nicolao Ruſſecio, Iohanne Pigelio, D. Rectore Scholæ Georgio Manlio, Conrectore Bartholomæo Vigilio, Daniele Franconio collaboratore, Severino Martino Dauo, Thoma Piſecio & Paulo Melnero. Exercitationes fuerunt inchoatæ a. 1606, die 7 Ianuarii. Die 15 Febr. etiam adfuerunt Sigiſmundus Morſtin & Iohannes Statorius. Interrupta fuêre hæc exercitia ob tumultus per Poloniam, à 22 Febr. usque ad 28 Novemb. a. 1607. Interfuêre colloquiis Valentinus Smalcius, Staniſlaus Lubieniecius, M. F. [credo Matthias Radecius, qui hinc colloquii hujus conſcriptor colligitur] Samuel Nieciecius Scholæ Rector, Severinus Martinus Conrector, Iohannes Pigelius, tres Stan..ii fratres, Chriſtophorus, Petrus & Iohannes, Andreas Sajowicius & Iohannes Forberius ſeu Forberinus. Ultimum colloquium fuit habitum a. 1609, 3 Ianuarii.

Leges Scholæ Racovianæ. Typis Sternatzii, Racoviæ. Gymnaſii hujus primi Moderatores ſeu Scholarchæ Generales fuerunt; Jacobus Sieninius Palatinides Podoliæ, Hieronymus Moſcorovius, Staniſlaus Wyzicius, Chriſtophorus Morſtinius Satrapa Philipovienſis, Johannes Baptiſta

ptiſta Cetis, Adamus Goſlavius, Samuel Golecius, Benedictus Wiſſowatius, Petrus Statorius, Johannes Volkelius, Andreas & Staniſlaus Lubieniecii, Valentinus Smalcius, Simon Piſtorius, Andreas Voidovius. Erecta eſt memorata Schola circa. a. 1600.

Problemata tria Theologica. I. Utrum regenerati, ſeu quod idem eſt, verè Chriſtiani, poſſint ſeſe abſtinere à peccando, legemque ſeu præcepta Chriſti præſtare. 2. Utrum Paulus VII. Cap. ad Rom. à verſu 7, usque ad finem, ſub ſua ipſius perſona de ſe ipſo jam per Chriſti ſpiritum regenerato loquatur; an verò de iis, qui adhuc expertes ſolidæ gratiæ ſub lege peccati ſunt: & de effectis, quæ in ipſis lex peccati producit, qualesque ipſi ſint, deſcribat. 3. Utrum ſub veteri Teſtamento promiſſiones meras corporales, nullas verò æternæ vitæ habuerint: agitata inter miniſtrum quendam Evangelicum Doxaſtem, & alium quempiam divinæ veritatis ſtudioſum Philalethen: more dialogi. MS.

Brevis Relatio martyrii Johannis Tijszkovicii, calumnia obruti, quod ſuper lignea crucifixi imagine, aut Trino Deo jurare recuſaverit: atque hinc crudeli mortis ſupplicio ſublati, Warſaviæ, a. 1611. MS. Pol.

Argumentorum de Doctrina Triadis ſolutio, tradita anno 1620 Claudiopoli in Tranſylvania. M. S. Hujus tractatus auctoris nomen, dicit Martinus Z. Thalyæus *ſe malle de induſtria plane diſſimulare, quam macula nominis illius chartam inficere*, in epiſtola dedicatoria libri, quem memoratis argumentis oppoſuit, ſub hoc titulo; *Anatome Samoſatenianismi, ſive cenſura brevis ac modeſta reſponſionis cujusdam N. N. Tranſylvani, inſtitutæ ad argumenta fere omnia orthodoxorum de doctrina SS. Trinitatis: ubi ſimul aliorum etiam Samoſatenianorum rationes, nempe F. Socini, G. Enyedini, C. Oſtorodii, V. Smalcii, &c. examinantur.* Lugduni Batavorum, a. 1634. 8°.

*Kurtzer diſcurs, von der zu Leipzig* a. 1631. menſe Martio *angeſtelleten Religions vergleichung, zwiſchen den Churſachſiſchen und Churbrandeburgiſchen, auch furſtl. Heſſiſchen Theologen.* 4°. i. e. Brevis diſcurſus, de conventu Lipſiæ a. 1631 menſe Martio habito, ad concordiam in Religione in-

fr ndam, inter Electoris Saxoniæ & Brandeburgici,ut & P cipis Haſſiæ Theologos.

xemplum literarum Equitum Palatinatus Pomeraniæ, U m Deum Patrem, ejuſquè Filium Unigenitum, cum Sp tu Sancto confitentium: quos vulgò Arianos, quanq n injuria vocant, ad Gerardum Comitem Donhoff P inum Pomeraniæ. Scripta hæc epiſtoba eſt in Buszkow Kal. Mart. 1644. Edita verò in ſecunda Centuria Epiſto rum M. Ruari. Amſt. 1681. 8°. Intercedunt in ea pro fra bus ſuis Gedanenſibus, ob religionem à Magiſtratu affl is.

pplicatio Eccleſiarum Polonicarum ad Wladiſlaum Re m, cum annexis gravaminibus. a. 1645. M S.

ericht om wel te bidden / met eene verklaaring o 't gebedt onſes Heeren Jeſu Chriſti. Rotterda , 1647. 12°. i. e. Inſtructio ad rectè orandum, unà cu xplicatione Orationis Domini noſtri Jeſu Chriſti.

T ſteen waar aan men onfeylbaer kan toetſen / w nen voor een broeder in Chriſto moet erkennen / o nſchuldig te blyven van Secterye: getrocken u e Commentarien van F. S. over I. Joh. 5. a. 1652. 4°. i. Lapis Lydius, ad quem infallibiliter probari poteſt, que nam pro fratre in Chriſto debeamus agnoſcere, ne re us ſectarum erectionis: extractus ex Commentario Fa Socini in 1. Joh. 5.

*der Gnúgthuung Chriſti*. i. e. De Satisfactione Chriſti.

*entliche glaubens-bekantnus von der unbetriglichen erkan s Gottlicher dingen*. i. e. Manifeſta fidei confeſſio, de inf bili cognitione rerum divinarum. Fortè Floriani Cr .

licatio capitis XIII. Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Ro nos: in qua demonſtratur, non poſſe ex hoc loco prob i licere Chriſtianis Magiſtratum Politicum gerere. M S.

B ves rationes, ſeu potius gradus ad veram Religionem aſc endam, contra Atheos. Pol. M S.

*ozenſtwo prawdziwe*. i. e. Vera Religio. Carmine Polon . M S.

M Pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Probatio, quod antiqui Patres Filium Dei ipſum ſummum Deum eſſe non crediderint. M S.

Teſtimonia ex S. Scriptura de Domino Jeſu, filio hominis, filio Davidis, vero homine: quod is & non alius, ſit Chriſtus Dominus, Servator noſter, & in ſecula Deus benedictus. Pol. M S.

Cauſæ ob quas pius & prudens homo, à communi & per multa ſecula inveterata opinione, de æterna Filii Dei & Spiritus S. Divinitate, recedere teneatur, ſalutis ſuæ gratia. Pol. M S.

O *Wierze Nowo-Katholickiej*. i. e. De fide Novo-Catholicorum: hoc eſt horum, qui ab Unitariis ad Pontificios deſciverunt. Auctore ut ſuſpicor Samuele Prypcovio.

Commendatio & clara demonſtratio, Religionem Chriſtianam, quam injuſtè Arianam vocant, veram & à Deo eſſe: unà cum collatione ejuſdem cum cæteris eam perſequentibus religionibus. Pol. M S.

Rationes cur libertas circa ſacra permitti nobis [ i. e. Unitariis ] debeat. M S.

Rationes cur Eccleſiæ Romanæ Antiſtites, non adeo deberent eſſe infenſi, Fratribus Polonis, quos vulgo Arianos, quanquam injuria, vocant. M S.

Explicatio aliquot locorum difficiliorum Apocalypſeos. M S.

Synopſis totius Religionis Chriſtianæ, ex ſacris literis breviter collecta. M S. Pol.

Rationes quod Angeli mundo ſint antiquiores. M S.

De eccleſia Chriſti ejusque poteſtate. Alterutrius ut conjicio Joachimi Stegmanni. M S.

De præſcientia futurorum contingentium. M S.

Brevis relatio colloquii charitativi, in cauſa religionis inter Romano-Catholicos & Chriſtianos Unitarios ( vulgò Arianos dictos ) Roznoviæ habiti, à die 10 ad 16 Martii incluſive, a. 1660. M S.

**Beſchrijvinge van den eenigen Godt / en ſijnen Sone Jeſus Christus.** 1664. 12. i. e. Deſcriptio unius Dei, & Filii ejus Jeſu Chriſti.

Ver-

Verklaaringe van het 53. Cap. van Eſaias/door Theophilus Eleutherius. i. e. Explicatio 53 capitis Eſaj. per Theophilum Eleutherium.

Oraatie over tafel. Amſterdam 1671. 4°. i. e. Colloquium ad menſam.

Pieſn w úciſkú. i. e. Cantilena in afflictione, a. 1671. 4°. Auctore Z. M.

Quonam pacto homo habitum peccati ſuperare poſſit. M. Pol.

Speculum Chriſtianum, carmine Polonico, MS.

De præexiſtentia animarum. MS.

Traité de la defenſe dú Sang, avec les témoignages tant des Peres que des Conciles qui ont été de ce ſentiment. 1672. i. e. De Sanguine vetito: unà cum teſtimoniis cum Patrum tum Conciliorum, qui ejuſdem fuerunt ſententiæ: ſeu teſtimonia de non edendo ſanguine ex lege divina & autoritate humana. Additamentum hoc, eſt Latina & Gallica lingua.

Annexum ad Andreæ Wiſſowatii Objectiones de Filio Dei ante mundum antiquum genito ſeu creato. MS. Auctore A. V. In tractatu hoc refutatur C. C. Sandii Diſſertatio de Verbo, atque demonſtratur Philonem &c. nequaquam credidiſſe in Filium Dei anteſecularem.

Argumenta contra C. C. Sandii opinionem de animarum præexiſtentia, comprehenſam in libro ejus de Origine Animæ, per A. N. d. V. MS.

Judicium de Hermanni Cingalli libello, cui titulus S. Scriptura Trinitatis Revelatrix. MS. In quo tractatu potiſſimum oſtenditur, non poſſe probari primævos Chriſtianos temporibus Apoſtolicis proximos, credidiſſe Filii Dei antemundanam ſuam exiſtentiam.

Demonſtratio, quod materia mundi non ſit initii expers, Deoque coæterna; ſed ab eo creata vel producta. MS.

Tractatio De Baptiſmo; quod nullo alio modo in primævis eccleſiis, niſi per immerſionem peractus fuerit, peragique debeat. MS.

Animadverſiones in Bibliothecam Fratrum Polonorum, qui Unitarii vocantur, per Anonymum quendam: [qui eſt A. V.] In quibus potiſſimùm Spiritus Sancti perſonalitatem,

& Chriſti præexiſtentiam ſecundum Arianorum placita adſtruere conatur. Amſtelædami a. 1681. fol.

Pietatis ſectandæ rationes. Adjunctæ Andreæ Wisſowatii Stimulis Virtutum, Frænis peccatorum. Amſtelædami a. 1682. 12°.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# JOHANNIS STOINII

Cœtus Racovienſis Paſtoris

# EPITOME HISTORIÆ ORIGINIS UNITARIORUM

in Polonia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# J)HANNIS STOINII
## Cœtus Racovienſis Paſtoris,

### *C[illegible]onologia graduum, quibus veritas cœleſtis, in Polonia ſenſim ad ſummum pervenit: præſertim de Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto.*

ANno Domini 1556 in Januario, Petrus Gonezius Podlachienſis in Synodo Evangelica Secemini habita, (quæ fuit numero ſecunda in Polonia poſt primam Pinczovianam ſub Rege Auguſto anno 1555 primò Maji) dixit ſe tantum Symbolum Apoſtolicum Pro[illegible]re, ſed Nicænum & Athanaſii cæteraque ejuſdem fa[illegible] rejicere: idque apertè profeſſus eſt. Trinitatem negab[illegible] eſſe unum Deum. Filium eſſe minorem Patre: Deum qu[illegible]m eſſe, ſed ſemper Patri honorem exhibuiſſe. Hunc eſſe [illegible]lum illum verum Deum, à quo Chriſtus omnia accep[illegible]t. Nullam admittendam communionem Idiomatum. E[illegible]examini interfuit etiam Gregorius Pauli Miniſter Eva[illegible]elicus in Pelſznica, ſed tamen adhuc proculdubio Cal[illegible]ianus. Quamvis autem conſubſtantialitatem Filii cum [illegible]atre impugnarit, tamen affirmaſſe dicitur τὸν Λόγον, i. e. [illegible]erbum illud inviſibile, converſum in carnem fuiſſe in V[illegible]gine: i. e. Deum in hominem. Inter alia ajunt di[illegible]: Unum Irenæum præferendum eſſe omnibus neote[illegible]. [Obiter narrat Andreas Lubieniecius Senex Mini[illegible]e, in eadem Synodo factam relationem unionis, qua[illegible] vocant, factæ cum Valdenſibus in Koſminek: poſt ea[illegible]erò factam, diſciplinam Eccleſiaſticam periiſſe.] In epiſt[illegible]a illius Synodi ad Philippum Melanthonem, quâ com[illegible]endatur Goneſius, affirmatur illum creder Λόγον eſſe [illegible]inorem Patre ſecundum divinitatem: Divinam na[illegible]am eſſe converſam in humanam: Deum eſſe mortuum pro[illegible]riè. ſed mallem ex ore Goneſii, vel ſcripto il-

M 4 lius,

lius, hoc intelligere. Quanquam quid mirum eſt, ex profundo cœno, & labyrintho tenebrarum, magno & difficili conatu emergere nitentem, vix ac ne vix quidem eluctari potuiſſe, in illis Evangelii renaſcentis primordiis.

Anno 1558, Venit Pinczoviam Oleſniciorum oppidum Georgius Blandrata Medicinæ Doctor, qui tum dicitur fuiſſe Sententiæ Serveti Hiſpani de præeminentia Dei Patris: qui ibidem invenit Gonezium ejuſdem Sententiæ, item Stancarum Italum, qui negabat Chriſtum eſſe Mediatorem ſecundum divinam naturam. Hi cùm partim ſecum invicem, partim cum Liſmanino Corcyræo & Krovicio Polono, diſceptarent, Synodo convocata in Novembri (cui & Johannes à Laſco Superintendens Majoris Poloniæ, Gregorius Pauli, Stanislaus Sarnicki, Fœlix Cruciger, præter alios non paucos, & magnates interfuerunt,) ea fini, ut controverſiæ iſtæ ſopirentur. Cum per aliquod dies, pro & contra, controverſiæ hujus modi agitarentur; nihil tamen concluſum eſt: nam illi ſupra nominati in ſententia permanſerunt: Sarnicio interim & Laurentio Diſcordia, unà cum nonnullis Nobilibus male contentis, ut ajunt, diſcedentibus. Sed hanc Synodum annotat Chronicon Lubieniecii fuiſſe magnum ingreſſum ad demoliendum dogma Trinitatis.

Anno 1558, 15 Decembris Goneſius Breſciæ Lithvanorum in Synodo, poſt editum librum adverſus Pædobaptiſmum, qui ibidem publicè legebatur, omnibus fere eundem refutare conantibus, excepto Hieronymo Piekarſki, qui Gonezii ſententiam propugnabat; palam profeſſus eſt, ſe habere & alia, quæ ex Papatu in eccleſiam irrepſerunt: ut eſt, dogma de Trinitate, & Communicatione Idiomatum: de duabus in Chriſto naturis: aliaquè non pauca. [Hæc fuit Synodus nona.] Et quamvis ei ſub pœna excommunicationis interdiceretur, ne talia promoveret, nihilominus ſe non poſſe conſcientiæ reluctari, affirmavit. Sed hæc Synodus in præſentia tantum Miniſtrorum Podlachiæ & Lithvaniæ celebrata eſt. Cæterum quamvis in decima Synodo Poloniæ, præſente Laſco & Sarnicio, anno 1559 die 25 Aprilis, concluſum ſit; inſtitui debere examen

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

a[illegible]n Miniſtrorum quid ſentiant de Deo? quid de unitate Trinitatis, & perſonarum in Trinitate? &c. Nihilominus veritas divina, non obſtante hoc ſufflamine, emicuit tandem divino beneficio. Nam eodem anno 1559, 22 Novembri, in Synodo Pinczoviana diu multumquè diſputatum cum Stancaro de Mediatore nec quicquam profectum. Ibidem allatæ ſunt literæ à D. Remiano [ſeu Remigio] Chelmski (quamvis ille nomen ſuum non ſubſcripſerat) quibus in d[illegible]um vocat invocationem ſeu precum directionem ad Spiritum S. Quandoquidem unica orandi regula ſit, ut à Patre per Filium omnia, adeoquè Spiritum Sanctum, petamus. Synodus fuit duodecima.

Anno 1561, 30 Januarii, in 19 Synodo Pinczoviana, Petrus Statorius Gallus primùm ſignificavit Dominum Chelmski non benè eſſe contentum reſponſo ad ſuas ex Pinczoviana Synodo. Eidem injunctum ut reſponderet. P[illegible] ut inſtinctu numinis reſpondit; ſed ita ut non appareat animi ſenſus de ea materia: tantum dicit, Blandratam à Calvino notatum, quaſi virus Servetianæ impietatis aleret. Interea ſententiam ejuſdem, quam in Synodo propoſuit, ab omnibus ait laudatam: ſed tamen ab illo poſtulatum, [illegible] pluralitatem Deorum faciat, cum Patrem ait ingenitum unum, Filium genitum credit. *Nos verò omnes* (verba ſunt ejuſdem Statorii Galli) *Neſcio quo pacto in hæreſeos ſuſpicionem venimus, qui cum Blandrata vivimus. Sed ſi hæretici ſunt, qui Patrem, Filium & Spiritum Sanctum credunt ex Sacrarum Literarum præſcripto, me ex illorum numero libens eſſe fateor. Nondum venit* [alii legunt *quievit*] *illa de Spiritu Sancto invidia, quam malus ille Dæmon mihi con-ci[illegible]verat, ſed ego in bona mea conſcientia acquieſco.* In hac Synodo demum Lutomirſcius in Superintendentem minoris Polo[illegible]r declaratus, cum antea Pinczovianus tantum cenſeretur.

In Synodo Xianzenſi numero 17, a. 1560, menſe Septembri, incipit Blandrata Senior Eccleſiæ minoris Poloniæ appellari, itemquè in Synodo 19 Pinczoviana a. 1561, 30 Januarii, (in qua primùm Petri Statorii Galli fit mentio) & [illegible]o Cracovienſi a. 1561, 16 Septembris, ad quam per Martinum Czechovicium allatæ ſunt literæ Calvini, quibus Cracovienſes & Pinczovianos hortatur, ut ſibi à Blandrata

caveant. Hieronymus Oſſolinski tum in hæc verba erupit; *Utinam & ſcripta de Trinitate ſparſa non eſſent!* Quibus indicavit, ſe optaſſe, ne hæc diſſeminata fuiſſent, quæ in verbo Dei non apparent. Liſmaninus verò cum Blandrata dixiſſe fertur; *Relinquant mihi omnes Doctores unum Deum, nec illum dividant: habeant Mediatorem qualem ſibi confinxerunt.* Idem Blandrata juſſus confeſſionem ſuam ſcripto conſignare. *NB.* Liſmanino objectum fuiſſe, quod ſcripſerit literas ad Dominum Iwan Karninſki, de eminentia Dei Patris.

In 21 Synodo anno 1562, menſe Martio, conſignatam Blandrata confeſſionem exhibuit in Xianz: ſed hæc nonnullis probata, aliis planè improbata, privatimque tantum lecta. In 22 demum Synodo a. 1562, menſe Aprili Pinczoviæ celebratâ, publicè eſt perlectâ, & quia verbis ſcripturæ conceptâ, paucorum contradictionem paſſa eſt, promiſſaque ejus cum Calvino reconciliatio. Qui nihilominus illud urgebat, ut Calvinus permittat confiteri Chriſtum eſſe Filium Dei altiſſimi & magni, & ſimpliciter abſque interpretatione de illo uno Deo loquatur: aut ſaltem nudo Verbo Dei & Symbolo Apoſtolico acquieſcat, & retractet id quod præfixit Actis Apoſtolorum ad Palatinum Vilnenſem. In eadem Synodo concluſum, ut miniſtri abſtineant à modis loquendi Philoſophicis, de Trinitate, de Eſſentia, de Generatione, de modo procedendi: ſed ut quilibet ſe contineat intra terminos Prophetarum, Apoſtolorum, & Symboli Apoſtolici. Hinc factum eſt ut Gregorius Pauli Miniſter Cracovienſis eodem anno 1562, poſt hanc Synodum Pinczovianam, illius decreto ſeſe accomodando, quod Trinitatis mentionem pro concione facere prohibebat, publicè ita concionaretur, ut Sacræ Literæ & Symbolum Apoſtolicum de uno Deo loquuntur, & ſecundum ordinem quo diſpoſitum eſt S S. volumen Novi Teſtamenti, prælegeret in cœtu & explicaret. Quod adeo diſplicuit Sarnicio, acerrimo Trinitatis propugnatori, ut non puduerit eum poſtulare à Gregorio, ne in poſterum lectione N. T. ſeu Evangeliſtarum auditores detineret, ſed Symbolum explicaret. Verùm cum Gregorius pergeret in Lucæ Evangelio expli-

pli-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

pl ndo, & præſente Sarnicio concionaretur, de Deo Pa, de Filio & Spiritu Sancto, verbis textus quod fie- ri tuit inhærendo. Sarnicius congredi tunc cum Gre- go veritus, coram Magnatibus Gregorium accuſavit. c eodem anno 1562 menſe Julio, Staniſlaus Sza- fra cius in Rogow convocata Synodo, tentavit per col- loc ium mutuum, inter illos tantas componere lites. Se fruſtra. Niſi quod in illa Synodo concluſum, ut alios tolerarent, & à formulis Sacris Literis ignotis ab nerent. Sed Sarnicius non deſtitit accuſare Gregorium, un iterum anno eodem menſe Auguſto, in Synodo publi- c nflixerunt. Verùm cum idem Sarnicius ſchiſma, & G jorii ex illa Metropolitana Eccleſia (ſcilicet Cracovienſi) ful de moliretur ejectionem, iterum Synodus convocata, eo m anno menſe Auguſto Pinczoviam: ad quam tamen ad rſarius veritatis, contra id quod promiſerat, non co paruit cum ſuis. Sed interim Cracoviæ globus ille, qu n ipſo Templi vertice ſeu cacumine ſplendebat, ful- mi s de cœlo ictu percuſſus & dejectus eſt. Templum hoc so ò vocatur S. Trinitatis.

*actatum hunc ipſe Stoinius hoc pacto in compendium re- degit.*

Ponit Petrum Goneſium a. 1556 menſe Januario Se ninum venientem ad Synodum Evangelicorum,& hæc de imatu Patris præ Filio docentem; Idem Breſciam Li anorum a. 1558 venit, eademque repetiit: addito lib o contra Pædobaptiſmum, cui Hieronymus Piekars- ki ſenſus eſt.

Ponit Georgium Blandratam, qui venit Pinczoviam a. 58, Geneva, cum Serveti ſententiâ.

3 Remianum Chelmſki a. 1559, qui ſcripſit ad Syno- dum Pinczovianam.

4 Franciſcum Liſmaninum, cum illius literis ad D. I- wan Karninſki in Alexandrovice. ubi palam Symbolum Ni num & Athanaſii culpat, & contrarium Apoſtolico eſſe ſtendit: ab omnibus Doctoribus animoſè flagita- vit ut illi unum Deum relinquant, atque concedant ne um dividant, aut ullam œconomiam in eo conſti tuant

5. Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

5. Conſtituit Gregorium Pauli Pneſinenſem, Miniſtrum Eccleſiæ Cracovienſis Evangelicum; poſt decretum illius Pinczovianæ Synodi a. 1562 in Aprili, ille palam in Metropoli Poloniæ, concionari cœpit, omiſſis terminis vulgò receptis, de Deo Patre, Filio, & Spiritu Sancto, ſecundum phraſes Sacrarum Literarum & ſymboli Apoſtolici. Idem cum Sarnicio animoſè congreſſus eſt.

Noſtrates Lublini in Polonia (in qua urbe Judicia Tribunalitia quotannis inſtituuntur) unà cum Evangelicis per multos annos publicè Religionis ſuæ negotia celebrabant, uſquè ad annum 1627. Quo anno decreto Tribunalis, per ſummam injuriam, ex certa occaſione, exacti atquè ejecti ſumus. Primùm tumultus plebis præceſſerat, demolientis noctu & die oratoria Chriſtianorum Unitariorum & Evangelicorum ſeu Reformatorum: poſtea decretum Judicum iniquiſſimum contra nos eſt latum, quod & ipſa Comitia generalia Varſavienſia tum agnoverant, publicamquè legem tulerant; Decreta Tribunalitia non debere figere novas leges, ſed ſecundum veteres latas, atque uſu comprobatas, ferri debere. In hac igitur urbe, anno 1616, cum noſtratium & Evangelicorum conventus eſſet, religionis cauſa, & judicia Tribunalitia celebrarentur, præſidente Marſchalco Zborovio Caſtellano Oſvecimenſi; Templum SS. Trinitatis in arce Lublinenſi ſitum, ipſo die S. Trinitatis, cum ibi Encœnia *Odpust y* [*Kiermasz*] inſtituerentur, fulmine hoc templum tactum combuſtumque eſt, tota urbe trepidante incendiumquè admirante. Nam confertiſſima turba oppidanorum & ruſticorum utriuſquè ſexus, ad illud templum confluxerat, cauſa remiſſionis peccatorum. Ruina templi illius tunc binos abſumſit ſacrificulos & ex plebe non nullos. Admirationis cauſam præbet tanto magis id, quod hoc tempore noſtrates cum Evangelicis, colloquia de ineunda Concordia ſeu unione & mutua tolerantia, inſtituerant: ubi etiam quæſtio de Trinitate inter primas erat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

GEORGII SCHOMANNI

# TESTAMENTUM

## ULTIMÆ VOLUNTATIS;

*Continens*

Vitæ ipſius, nec non variorum Actuum Eccleſiaſticorum ſuccinctam Hiſtoriam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# GEORGII SCHOMANNI TESTAMENTUM

## Ultimæ voluntatis,

*Cotinens vitæ ipſius, nec non variorum actuum eccleſiaſticorum, ſuccinctam hiſtoriam.*

GEORGIUS SCHOMANNUS Sileſius Ratiborienſis, liberis ſuis gratiam & pacem, à Deo Patre & Domino noſtro Jeſu Chriſto, precatur.

Quia & nos mortales ſumus & memoria rerum præteritarum fluxa eſt, linguæ etiam virulentæ, Satana inſtigante; etenim innocentiſſimorum hominum famam Chriſtianam denigrare, ac lacerare ſolent, ut per latus hominum Dei & Chriſti gloriam obſcurent, Evangelii Sancti curſum remorentur. Sic nobis adhuc vivis, & Cracoviæ publicè pietatem exercentibus, non veriti ſunt duo Epiſcopi Romanorum, typis excuſos famoſos libellos ſpargere, quaſi nos obliti fidei & pudoris, in cœtibus noſtris ad patranda omnia nefaria conveniamus, & nudi matrimonia publicè con-[illegible]nus. Quid putatis futurum nobis mortuis, nec amplius ad calumnias reſpondentibus? Viſum eſt igitur mihi neceſſarium, vobis hiſtoriolam vitæ meæ ſimpliciter & nudam, mea manu ſcriptam relinquere: ut & ad laudandum Deum incitamentum, & ad obturandum os hominibus ſtultis, verisſimum munimentum, in promptu habeatis. Deum Patrem D. N. Jeſu Chriſti crucifixi reſuſcitati, ac regnantis, oro, ut vos Spiritu ſuo Sancto regat, ut vaſa miſericordiæ ad honorem non ad ignominiam faciat, ut poſt hanc mortalem vitam, det nobis æternam immortalemque, omnibus, per eundem

Je-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Jeſum Chriſtum Dominum Servatorem & defenſorem noſtrum Amen.

Anno à nato Chriſto Domino 1530, natus ſum in Sileſia Ratiboriæ, ex patre Staniſlao Loiſel, quem vulgò vocabant Schoman, oriundo ex pago Germanico inter Croſnam & Rimanoviam: & matre Urſula, nobili quidem patre Chriſtophoro Tiachowski Cancellario Ducis Ratiborienſis, ex armis *Starykon Ztoporem* [i. e. *Vetus equus cum aſcia*] nata; ſed pagis & omnibus bonis fortunæ, per fratrem Canonicum Chriſtophorum ſpoliatæ. Puer in patria imbibi rudimenta Grammatica & Muſica, cum religione Papiſtica.

Anno 1545, vidi locuſtas denſiſſimas.

Anno 1546, Veni Vratiſlaviam, ubi non inter urbanos Evangelicos, ſed inter infulares Canonicos aliquot, vixi,& in artibus aliquantulum profectum cœpi: ac tandem ex pertinaci Papiſta, factus ſum qualiſcunquè Lutheranus, opera præceptoris noſtri Johannis Cyri Lutherani.Qui poſtquam in Italiam venit, ad Papatum relapſus eſt, & me in idem barathrum retrahere conatus eſt, etiam Canonicatum Vratislavienſem mihi obtrudens: ſed ego Deo me cuſtodiente, tantum abeſt ut ipſius blanditiis ceſſerim, ut etiam ipſi Canonicatum meum Ratiborienſem reſignaverim. Ille autem cum fruſtra Epiſcopatum Vratiſlavienſem expectaſſet, factus eſt ex deſperatione monachus, Abbas Vincentii Monaſterii Uratiſlavienſis. Ego verò cùm D.D. Malitzanis Joachimo & Friderico pædagogus præfectus eſſem, & miſſionem in Galliam expectasſem, D. D. Malitzanis Vartembergo, ob æs alienum contractum, per Ferdinandum Regem, exercitu miſſo, ademto, coactus ſum venire in patriam.

Anno 1552, Veni Cracoviam, ubi & in ſchola Mariæ primùm, mox apud Hieronymum Becho pædagogus deinde in burſa pauperum: ac tandem in ſchola Annæ vixi, artium liberalium & Philoſophiæ progreſſus aliquos faciens.

Anno 1554, Veni in zuppas Velicenſes ad Dominum Hieronymum Buzenski Zupparium Cracovienſem, qui me præfecit nepotibus ſuis, & aliis nobilibus pueris docendis: quos ſex annos inſtitui fideliter, & aſſiduè, re-
ferens

fer s & à Domino & à parentibus diſcipulorum non pœ-
ni dam gratitudinem : & parum abfuit ut in puteo ſali-
na , & illecebris mundi , ac rerum ejuſmodi affluentia ,
de rgerer ; niſi me Divina clementia , inde à ſale ter-
ra ad ſalem evocaſſet cœleſtem.

nno 1558 , Deduxi diſcipulos meos , alios pinczo-
via , alios Vitembergam : ubi me & Petri Statorii &
Ph ppi Melanthonis colloquia vicerunt , ne in ſalinis
æta m contererem , multa enim nobis etiam tum ad pie-
tate veram deeſſe exiſtimarunt.

 verſus igitur Vitembergâ , & luxu aulæ , & ſomniis
ter ilibus , & conſcientiæ ſtimulis , & verbo Dei impul-
ſus à D. Zuppario ægrè miſſione impetratâ , anno 1559
ven d pientiſſimum virum D. Johannem à Laſco in Dem-
bia , ad Chriſtianæ pietatis progreſſus faciendos. Ubi
qua m multum profeciſſem , niſi nobis Virum ſanctum
mo , jam longis laboribus exhauſtum , eripuiſſet , me
pæ nte Pinczoviæ : ubi ego cum Petro Statorio Thon-
vil o Gallo , & Johanne Thenaudo Bituriensi Gallo , D.
Fra iſco Liſmanino , D. Georgio Blandrata Medico ,
Be rdino Ochino , familiariter vixi , & evidenter didici ,
erro m eſſe non fidem Chriſtianam , Trinitatis perſo-
nar omnimodam æqualitatem : ſed unum eſſe Deum
Pat n , unum Dei Filium , unum Spiritum Sanctum ;
lice dhuc multa non intelligeremus ad hoc pertinentia.
Pa ante obitum D. Laſci , diſputatum nobis eſt cum
Fra ſco Stancaro , de Mediatoris humanitate, apud De-
um rinitate.

A 10 1660 , præfectus fui Eccleſiæ Pinczovienſi Mini-
ſter ſed quia mihi non fuit datum donum continentiæ ,
ibid duxi uxorem , viduæ civis virginem filiam , annos
16 am , Annam , die 18 Februarii. Doctor Blandrata
pro ſuit nobis errores de Trinitate , quos cum fratri Gi-
lo lijudicandos dediſſemus , confeſſus eſt , ſe ipſis non
poſſ contradicere.

A 10 1561 , in Autumno : miſſus ſum ab eccleſia &
Syn o , ad miniſterium eccleſiæ in Xianz , in ditione
Ma ifici Domini Iohannis Bonari de Balice , Caſtellani
Bi ſis & magni procuratoris Cracovienſis , qui juſ-

ſerat me ob Trinitatem expelli & ſpoliari omnibus bonis.

Anno 1562, 15 Ianuarii, in aurora, natus eſt mihi filius primogenitus Paulus, qui baptizatus eſt infans, nobis adhuc de vero baptiſmo ignorantibus.

Anno 1563, miſſus ſum ab Eccleſia cum Generoſis & optimis Heroibus, D. Hieronymo Philipowski, & D. Staniſlao Laſocki, ad Comitia Petricovienſia, prædicatum Evangelium D. N. Jeſu Chriſti: ubi mox à Sarnicio & aliis fratribus ſenioribus fui infamatus de Arianiſmo, qua de re ego ne cogitaram quidem. Ubi à nobis palam ſeceſſionem fecerunt, ſine ulla juſta cauſa. Ubi mortuus & Dominus Laſocki, cujus corpus ſepelivimus Peleſniciæ.

Anno 1564. Jan. 22, ſole orto, nata eſt filia in Xianz, non eſt baptizata infans, qui ego jam didiceram & docebam, Pædobaptiſmum eſſe humanum non divinum mandatum. Eodem anno juſſus ſum cum Domino Philipovio ire ad Comitia Varſaviam, ubi cum nos apertè Sarnicius hæreticos, & in Trinitatem blaſphemos vocaret, opera Magnifici D. Palatini Vilnenſis Nicolai Radzivilii, colloquium inſtitutum eſt. Sed Sarnicius cum ſua parte Deum Trinum; nos Deum unum Patrem profeſſi, diſceſſimus.

Anno 1565, Rurſus juſſus ſum cum Domino Philipovio ire ad Comitia Petricoviam, ubi tum jam ſolennis diſputatio, inter nos & adverſam partem, ad dies 14 inſtituta eſt. Sed illi Deum Trinum pertinaciter defendendo, nos unum Deum Patrem confitendo, diſceſſimus.

Anno 1566, iterum ad Comitia Lublinum ire jubemur, cum D. Philipovio, & D. Staniſlao Cikovio: ubi adverſa pars adeo invaluit, ut ex urbe cedere coacti fuerimus. Sed tamen per Dominum Nicolaum Sienucki internuncium, Regis clementiam uſque ad obitum ejus promiſſam experti ſumus. Ab eo tempore nos à Comitiis abſtinuimus, adeoque jam adverſarii noſtri invaluerant, ut & ipſorum inſtigationibus apud patronos noſtros, locis noſtris cedere coacti fuerimus. Sub id ferè tem-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tempus, ex rhapſodiis D. Lælii Socini, quidam fratres didicerunt, Dei Filium non eſſe ſecundam Trinitatis perſonam Patri coëſſentialem & coæqualem; ſed hominem Jeſum Chriſtum, ex Spiritu Sancto conceptum, ex Virgine Maria natum, crucifixum & reſuſcitatum: à quibus nos commoniti, Sacras Literas perſcrutari, parſuaſi ſumus.

Anno 1567, Commigravi Pinczoviâ è domicilio noſtri Chmielniciam, ad Dominum Johannem Oleſnicki.

Anno 1569, 20 Auguſti, nata eſt Martha, poſt occaſum ſolis, Chmielniciæ. Circa ea tempora iveramus cum D. Filipovio, D. Simone Pharmacopæo, & aliis compluribus in Moraviam, cum fratribus Moravis collaturi doctrinam & morum diſciplinam. Ubi gubernationem populi Dei optimam invenimus; ſed Deum Trinum, omnis ſectæ, mordicus defendebant. Item convenerant Racoviam multi fratres, ex Lithuania & Polonia, tam Nobiles quam Miniſtri, ad collationem ſcripturarum. Quæ ſynodus duravit aliquot annos, & deſiit in graviſſima diſſidia, quæ patefecerunt, alios alii Phariſæos, alios Sadducæos, alios Judæos, alios Atheos, quod dolendum eſt, vocantes. Et eo devenerat, ut omnes ferè, excepto Martino Czechovicio, miniſterium verbi depoſuerimus: quam rem ſecuta eſt prope ruina omnium rerum. Sed Deus miſertus noſtri, per optimum virum D. Simonem Pharmacopæum, ut per Eſdram, res noſtras collapſas reſtituit, & Miniſterium cum Baptiſmo adultorum, ibidem in aliis tumultibus erexit.

Anno 1572, ultimo Auguſti, ego ætatis 42, baptizatus ſum Chmielniciæ in Chriſti nomine.

Anno 1573, miſſus ſum Cracoviam ad Miniſterium coetus minoris. Quo cum iremus, uxor mea eſt baptizata, in vico Konariano.

Anno 1574, prima Auguſti, Mater uxoris eſt baptizata Chmielniciæ.

Anno 1574, ultima Auguſti, prima luce, natus eſt Petrus Chmielniciæ: poſt Doctor Medicinæ.

Anno 1577, Colloquium cum Domino Fauſto Socino de

de Baptiſmo habuimus : quem in nobis probabat, in ſe hoc minus neceſſarium dicebat, quia non à nobis religionem didiciſſet.

Anno 1585, Magiſter noſter Johannes Volkelius, miſſus eſt à Synodo Chmielnicienſi ad ſcholam Wegrovianam, & in Lithuania factus eſt V. D. Miniſter.

Anno 1586, miſſus ſum Cracoviâ, ad Eccleſiæ Luclaviicienſis miniſterium, initio Ianuarii.

Anno 1588, Ex ſubmontanis veni Chmielniciam, juſſu Synodi: ubi nos grando terribilis omni proventu privavit.

Anno 1589, Terror belli Turcici.

Anno 1590, Deus clementiſſimus nos ab igne tutatus eſt, vicina domo flagrante.

Hæc fere fuerunt chariſſimi filii & filiæ, generi & nepotuli, quæ vobis breviter & verè delineanda putavi. Unde judicare poteſtis & de religione, & de paupertate noſtra. Quare vos rogo, moneo, & obteſtor, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ut ab hac, in qua ego vixi eccleſia, non tantum non deficiatis, ſed in illa etiam ſupra nos proficiatis, quàm vobis cara vita æterna eſt. Ego enim ſi puriorem illam eccleſiam, meo ſeculo vidiſſem, aut audiviſſem, Sanè me illi adjunxiſſem. Sed hic, ut ſcitis, ſecundum Catechiſmum noſtrum (quem ego vobis privatim ex Sacris Literis primùm collegeram) Deum altiſſimum Patrem & Ieſum Chriſtum hominem, filium Dei unigenitum, Dominum noſtrum, in Spiritu & veritate colui: baptiſmo pœnitentiæ ablutus, precationibus, Verbi Dei prædicatione, & diſciplinæ ſanctæ exercitio, cum piis fratribus in vinea Domini laboravi, pro talentulo mihi divinitus concredito. Licet enim eruditione ſaltem vulgari & Grammatica præditus fuerim; tamen Divina clementiâ, & verbi purioris intelligentia, & mihi & aliis ad veram pietatem viæ præmonſtrator fui. Et licet multi, tam aperta vi, quam vulpinis fraudibus, defectionibus, diſſidiis, nos à ſenſu noſtro deturbare conabantur; tamen Deo nos, & Chriſto Domino defendente, hactenus perſtitimus, & ſperamus ejuſdem auxilio nos perſeveraturos, uſque ad vitæ exitum, Amen.

Hoc

Hoc verò vos ſerio monitos velim, ut ſi nobis mor- tuis Deus ut ſperamus viam ad perfectiorem eccleſiæ ſtatum, per quemcunquè tandem aperire dignatus fue- rit: ne vos vel ambitione, vel ulla carnis libidine abre- pti vel invidia vel odio, curſum Evangelii retardetis: quin imo Deum oretis, quod nos faciebamus, ut uni- verſus Iſraël prophetet, & ut nos non modo Lutherani, ſed Papiſtæ etiam, omni pietate æquent aut ſuperent. Dolendum eſt quod Papiſtæ Lutheranis Lutherani Calvinianis, Cal- viniani nobis, quaſi palmam invideant. Nos verò de- mus operam, ut ex omnibus ſectis Chriſtianorum, imo gentium & Judæorum, Domino eccleſiam colligamus, & eos quos veritatis cognitione longè anteimus, vitæ innocentia longè ſuperemus, igne caritatis uramus, fu- nibus amoris trahamus, ut velint, nolint, videntes no- ſtra bona opera, glorificent Patrem noſtrum cœleſtem, & Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Filium ejus di- lectum: ut curſu noſtro conſummato, aſſequamur co- ronam vitæ immarceſcibilem. Amen.

Quod verò attinet ad facultatulas noſtras, rogo vos per Deum & Chriſtum ejus, ne ringamini quod pau- perem vitam duximus; habituri enim eſtis multa, ſi timueritis Dominum, ut dicit Tobias filio. Ego qui- dem ex quo aliquid nummorum in Salinis collecto- rum Pinczoviæ ubi totum annum propriis ſumtibus manſi, in ædes 30 aureos inſumſi uxore ducta, & in libros 40 aureos impendi; nunquam potui vobis aliquid comparare: quia de victu quotidiano, non vo- bis tantum, ſed & pauperibus liberaliter impertiebar. Sed tamen gratias ago Deo meo, quod vos pleroſque ad adultam uſque ætatem liberalitate fratrum ita edu- cavi, ut neque famem, neque nuditatem pudendam experti ſitis. Denique tres filias elocavi, ſingulis decem nummis pro dote datis: ſed veſtibus laneis, lineis, pelli- ceis, lectiſterniis, & id genus aliis paraphernalibus, ut ſatis comparandis; quantum impenderim, ſenſit ſupel- lex noſtra. Imo verò niſi nos fratres & ſorores adjuviſſent, meæ res non ſuffeciſſet tot & tantis ſumtibus. Ego verò, cum nil habeam amplius præter hoc domicilium & a-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

gellum Chmielniciæ, Eliſalethâ pro viribus elocata;dabunt mihi filiæ & generi veniam, ſi ex noſtra poſſeſſione nil præter id quod acceperunt, expectent. Vix enim tantundem filii ex diviſione æquali omnium rerum habituri ſunt, quantum ipſæ habuerunt. Sed Deus erit poſſeſſio & merces veſtra multa, ſi ipſi toto pectore adhæſeritis. Matri, quia nihil habui quod darem, iſtud Domicilium & agellum, quamdiu vivet dedi, donavi: ipſa defunctâ, filii & filiæ, hæredes æquales ſunto; ſi Deus domum & agrum conſervaverit.

AMEN.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# DE
# TYPOGRAPHIIS
## UNITARIORUM
*in*
## POLONIA,
*&*
## LITHVANIA.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# DE TYPOGRAPHIIS

## Unitariorum in Polonia & Lithvania.

Duas habuerunt noſtrates in Poloniâ Typographias: alteram in Polonia proprie ſic dicta; alteram in annexâ ei Lithuania. Illa Racoviam Cracoviâ eſt tranſportata: Typographus erat Alexius Rodecki, qui Cracoviæ habitavit, & adhuc regnante in Poloniæ Stephano Bathoræo, typographicam exercebat, multosque libros, Socini inprimis quoſdam, ſuppreſſo ejus nomine, excudebat. Poſthæc ætate jam provectus, Racoviam migravit, ubi inter alia Novum Teſtamentum, in Polonicam linguam à Martino Czechovicio verſum, impressit typis, anno ſeculi decimi ſexti 77. Racoviam illo tempore poſſidebat, Iohannes Sieninski Palatinus Podoliæ, pater Iacobi Sieninii, Reformatorum Sacris addictus. Is autem demum anno 1600, Eccleſiæ noſtræ ſe adjunxit, multumquè rem Chriſtianam auxit, atque exornavit. In eodem autem oppido Racoviâ, extructo ordinatius Templo & Schola, etiam Typographia eſt locupletata: Sebaſtiano Sternacio, filiam unicam Alexii Rodecki in matrimonium ducente, & jure dotis typos etiam accipiente. Quæ officina duravit ad annum uſque 1638. Lithvanica videtur adhuc antiquior, conſtituta primum á Matthia Kawieczynſki. Biblia Polonica verſionis Budnæi impreſſa ſunt Zaſlawii, oppido Lithvanico, ſumptus impendente eodem Kawieczynio ejuſque fratre, apud Danielem de Leczyce typothetam, anno 1572, novem annis poſtquam Biblia Reformatorum Breſciæ ſunt edita. Hæc Officina translata eſt in oppidum Losko, quod poſſidebat Kiſzka Caſtellanus Vilnenſis, noſtræ confeſſionis. Poſtea Vilnam ubi typographus fuit Karcan nomine. Poſtea Lubecam (eſt oppidum ſitum ad amnem Chronum dictum, aliàs Niemen, quod tum idem Kiſzka poſſidebat) cùm Petrus Blaſtus Kmita, Karcani filiam duxit ac typos accepit. Poſt ipſum Filius ejus Iohannes Kmita; ac poſt hunc



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Iohannes Langius Lutheranus. Lubeca autem tum jam parebat Ianuſio Duci Radzivilio Palatino Vilnenſi & ſupremo exercitus Magni Ducatus Lithuaniæ Generali, qui prognatus erat filiâ fratris, ſeu nepte, illius ſuperius commemorati Kiszkæ. Hæc quàm Racovienſis diutius duravit: nam & poſt illam diſturbatam, Reſponſio ad Meiſneri libros, ibi completa eſt, ac prolixa Schlichtingii præfatio ibidem excuſa. Sed hæc etiam partim horribili peſte, partim irruptione Moſchorum, anno 1655 vel 1656 deſiit.

Viſuntur etiam libelli quidam vetuſti noſtratium, alter Pinczovii apud Oleſnicium, alter Luclaviciis, excuſus, regnante adhuc Auguſto Poloniæ Rege: *Explicatio difficilium S. Scripturæ locorum* Gregorii Pauli, qui Cracoviæ verbi divini agebat miniſtrum, ac poſtea primus Racoviæ, illam adhuc Johanne Sieninski Reformato poſſidente: uxor autem iſtius Sieninſki erat Eccleſiæ noſtræ membrum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# BREVIS
# RELATIO
*de*
# JOHANNIS TYSCOVICII
# MARTYRIO.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# BREVIS RELATIO

## De

## *Johannis Tyſcovicii* martyrio.

ERat Tyſcovicius Bielſci Podlachiæ oppidi haud ultimi cenſus civis. Hujus poſſeſſionibus, (recens per hæreditatem facultatum cognati ſui auctis) cognati ejus, (inter quos & ipſe oppidi Conſul erat) inhiantes, laqueos ei ſtruxêre, impoſito ipſi per vim quæſtoris in oppido munere: juramento non requiſito. Demum verò anno elapſo, exigitur ab eo, ut juramento ſanciat, fideliter ſe in officio geſſisſe. Ille id primùm detrectare; poſt illis inſtantibus, infidelitatiſque ſuſpectum reddentibus, per Deum omnipotentem jurare ſe velle dicere. Verùm nec id conceſſum; ſed adigebatur ut vel ſuper crucifixi lignea imagine, vel per Trinum Deum juraret. Quod ille cùm penitus renuiſſet, calumnia obruitur; quaſi crucifixum in terram dejectum pedibus conculcaſſet, in Trinitatem blaſphema effutiiſſet, dicendo ſe nec per eam jurare, ignorare enim num ſit mas num fœmina. Hæc hiſque ſimilia falſò ei objiciuntur. Hinc ab oppidi Magiſtratu contumelia plagiſque affectus, condemnatusquè ac in carcerem conjectus, ſummum Regni Tribunal (Rege extra regnum exiſtente) innocentiæ ſuæ conſcius appellat. Laudabile Regni Tribunal, cauſa inſpecta, Tyſcovicium innocentem eſſe declarat, proſusquè abſolvit: Magiſtratui verò Bielſcenſi pro injuſto judicio, pœnam imponit, mulctamque irrogat. Interim verò adverſarii in malitia ſua pergentes, ad Reginam Conſtantiam Sigiſmundi III. uxorem (huic namque præfectura Bielſcenſis conceſſa erat) cauſam detulerant. Regina Magiſtratus decretum approbavit, utque ab eis exequutioni mandaretur imperavit. Poſtea etiam Regis ipſius, Aſſesſorumquè ejus judicium, Tyſcovicium capitis ſupplicio afficiendum de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

decrevit. Warſawiæ itaque, quo ad purgandum ſe venerat, captus, in imum carceris conjicitur, brevique poſt, horrenda mortis ſententia in eum ſtatuitur, his concepta verbis: *Quoniam blaſphemavit, lingua eradicanda: quoniam contumaciter ſpreto Magiſtratu cui ſubjacebat, & S. M. Reginæ decreto, quo ad eundem Magiſtratum remiſſus fuit, ad judicia Tribunalis Regni appellare & confugere auſus eſt, tanquam contumax & rebellis decollandus: Quoniam imaginem crucifixi dejecit ac conculcavit, manus amputanda, pes excindendus: Denique quoniam hæreticus comburendus.* His pronunciatis, ut & antea ita tunc maximè, à Jeſuitis Monachisque ſollicitabatur, ut religionem mutaret, mutaturos ſe etiam latam de morte ejus ſententiam, bonaque reſtituros, ſpondentibus. Verùm ſurdo hæc canebantur: quanto enim propiorem vitæ terminum cernebat, tanto fortius ipſis reſiſtebat. Cum itaque nec minis, nec pollicitationibus, eum ad ſe pellicere poſſent; ad rogum in foro Warſawienſi ad id præparatum deductum, tali ut decretum erat modo excarnificatum, vita privarunt. Tragœdia hæc, Cataſtrophen ſuam habuit, die 16 Novembris, hora nona antemeridiana, anni milleſimi ſexcenteſimi & undecimi.

ANDREÆ WISSOWATII

# NARRATIO COMPENDIOSA

Quomodo in Polonia, à Trinitariis Reformatis ſeparati ſint Chriſtiani Unitarii.

*Unà cum* APPENDICE

Hiſtoriam de *Spiritu Belga* exhibente.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# ARRATIO COMPENDIOSA,

## *Qomodo in Polonia, à Trinitariis Reformatis, ſeparati ſint Chriſtiani Unitarii.*

Auctore.

## ANDREA WISSOWATIO.

Quum jam olim à primævæ Apoſtolicæ eccleſiæ virginis incorruptæ temporibus, ſimplicium Chriſtianorum, ut Nazaræorum, & quorundam ex Ebionitis meliorum, de Deo & ejus filio Chriſto, ab Apoſtolis annunciata clara inſtitutio, per aliquorum e Philoſophis, maximè Platonicis, ad Chriſtianismum a eſſionem, inciperet peregrinorum admiſtione dogmatu depravari; obſiſtebant ac reluctabantur his recentiorib tunc invaleſcentibus opinionibus, aliqui priſtinæ tenace doctrinæ. Talis fuit circa annum Chriſti nati 190, Teodotus Byzantinus: tum Artemon, cum nonnullis ſi adhærentibus, circa an. 200. Beryllus Epiſcopus Boſt nſis circa a. 240. Paulus Samoſatenus Epiſcopus Anti henus circa a. 260, cum ſuis aſſeclis. Deinde poſt conc um Nicænum Photinus Epiſcopus Sirmienſis circa a. 3), cum ejuſdem ſententiæ ſectatoribus. De quibus vic ntur Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptores, ut Euſebius, F ffinus, Theodoretus, Socrates, Sozomenus: qui e ſolito more pro hæreticis traducunt.

Poſtquam autem orbi Chriſtiano nox iſta atra, errorum i religionem pedetentim introductorum, per aliquot ſ ula incubuiſſet; rurſus poſtliminio, divina adſpirante g atia, dies veritatis divinæ revertens, gradatim, ut fieri ſ olet, cœpit affulgere. Lutheri, Zuinglii, Calvini, ennonis, velut auroræ ac diluculi apparitio præceſſit, huc deinceps ſolis reducis clariores radii ſequebantur.

Circiter annum à Chriſto nato 1546, in Italiæ ditione

Veneta, apud Vincentiam, de religionis negotio colloquia atque collegia ſunt inchoata, à ſociis fere 40: qui receptam de Deo Trino opinionem in dubium revocarunt. E quibus quum duo, Julius Treviſanus & Franciſcus de Ruego, capti, Venetiis eſſent ſuffocati, cæteri ob diſcrimen Italiâ excedentes, partim ſub Turcarum ſe imperium, ubi cujuſvis religionis libertas permittitur, contulerunt, Theſſalonicam & Damaſcum profecti; partim in Helvetiam.

Horum præcipuus fuit Lælius Socinus Senenſis, qui juris humani ſtudium familiæ ſuæ hæreditarium aggreſſus, dum id è juris divini fontibus hauriendum ratus, ſacros libros evolveret? vulgò recepta Eccleſiæ dogmata, præſertim illud de SS. Trinitate ab eis diſcrepare animadvertit, atquè ſententiam de Filio Dei Jeſu Chriſto, qui non ante Mariam, matrem ſuam, extitit, quaſi ſub cineribus deliteſcentem reſuſcitavit. Is anno Chriſti 1547, ætatis ſuæ viceſimo ſecundo, Italia relictâ, Tiguri in voluntario degebat exilio. Poloniam adiit primùm anno Chriſti 1551, deinde 1558, ubi & Franciſco Liſmanino, qui Bonæ Sfortiæ Sigiſmundi I. Regis Poloniæ uxori, fuit à Sacris confeſſionibus, & aliis, quædam contra receptos errores inſtillavit. Hinc per Moràviam, in qua tunc ejus Socii, Alciatus, Paruta, Occhinus, & alii commorabantur, Tigurum remeavit, ubi diem ſuum obiit, anno Chriſti 1562.

Cira illud tempus quo Lælius Socinus Italia exceſſit, perhibetur Belga quidam, nomine Spiritus, veniſſe in Poloniam: ibiquè Cracoviæ inter quoſdam amicos occaſione capta ex libro, in quo ad tres perſonas divinas diſtinctas, diſtinctæ preces dirigebantur, quæſtionem moviſſe, an tres haberent Deos? Ubi pluribus verbis eo errore perſtricto, ſcrupulum injecit quibuſdam, & inter hos Andreæ Fricio Modrevio. Qui quum eſſet Regi Sigiſmundo Auguſto à ſecretis, ejuſdem Regis benigni, variarum rerum curioſi, juſſu, in controverſias circa Triadem divinam tunc excitatas inquiſivit, eaquè de re libros Sylvarum titulo inſcriptos conſcripſit. Is libro Sylvarum primo, tractatu ſecundo, hanc de Spiritu Belga hiſtoriam conſignavit.

Qui

Qui à recepta de Trinitate opinione in Polonia diſſide-
bant, nominabantur tum Pinczovii, ab oppido Pinczow:
in quo ſub Nicolao Oleſnicio, illuſtri patrono ac pro-
tectore, & Franciſcus Stancarus Mantuanus, (nota de Chri-
ſto ſecundùm humanam tantùm naturam Mediatore con-
troverſia celebris) & Liſmaninus, & Petrus Statorius Gal-
lus, & Georgius Blandrata Italus Medicus, poſtquam
Genevâ ſeceſſit, & Joannes a Laſco Polonus ex Anglia re-
dux, cum aliis quibuſdam morabantur. Ibidem á nonnullis
Reformatis, Bibliorum verſio Polonica eſt concinnata:
poſtea cura & ſumtu Nicolai Radivilii, Ducis in Olika &
Nieswez, Palatini Vilnenſis, in urbe Lithuaniæ Breſtia,
cujus is præfectum agebat, typis expreſſa.

Petrus Geneſius Polonus, è Podlachiâ oriundus, è pe-
regrinationibus in patriam reverſus, de Dei Patris præ
[...] præeminentia, ſed ferè ex Michaëlis Serveti, & Va-
lentini Gentilis placitis, ſententiam in Synodo Secemini a.
1556, protulit: & poſtea de Baptiſmo Catechumenorum,
contra puerilem infantum Baptiſmum, Breſtiæ a. 1558.
[...]ie pluribus contradicentibus, nonnullos commovit.

Anno Chriſti nati 1562, in Synodo Pinczoviæ à Refor-
matis habita, ex occaſione controverſiæ de S. Trinitate,
de Deo eſſentia unico, perſonis trino, conſtitutum fuit,
ut verbi divini præcones, in ſacris concionibus, de re-
bus divinis, à ſermonibus præter S. Literas & Symbolum
Apoſtolicum, aliunde introductis, abſtinerent. Huic ca-
noni obſequens Gregorius Pauli Breſinenſis, qui Craco-
viæ agebat Reformatorum Eccleſiaſten, à Staniſlao Sar-
nicio, hanc in metropoli eccleſiæ adminiſtrationem ei in-
vidente, & zelo amaro abſquè ſcientia flagrante, traductus
eſt ut hæreticus Arianus ac Servetianus. Interim Craco-
viæ Reformatorum eccleſiæ patrono, Johanne Bonaro
Caſtellano Biecenſi magnoquè procuratore Cracovienſi,
[...]ente extincto, vidua ejus alteri nubente, locus con-
gregationibus aſſignatus in domo Staniſlai Likovii: qui
tunc Archicamerarius Cracovienſis, poſt Caſtellanus Bie-
cenſis & exercitus Dux in bello Moſchovitico fuit. Poſtmo-
dum ductu Sarnicii, & ſocii ejus Laurentii Praſniſii cogno-
mine & re Diſcordiæ, quem ille [antea ob vitam non pro-

bam à ſe improbatum ) ſuperintendentem eccleſiarum majoris Poloniæ conſtitui curavit ; Gregorius Pauli non accerſitus, nec auditus, hæreſeos damnatus, atque miniſterii ſacri functione eſt privatus : tamen à Likovio patrono, & aliis auditoribus retentus. Idem Sarnicius, ſchiſma moliens, cum quibusdam eccleſiarum Reformatarum patronis egit, ut & cæteri concionatores, Dei Patris præ Filio præeminentiam prædicantes, à munere deponerentur.

Anno Chriſti 1565, Petricoviæ in urbe regia majoris Poloniæ, ſub tempus Comitiorum regni, non paucis Reformatorum, etiam regni Senatorum, ibidem præſentibus, Gregorius Pauli cum ſuis ſociis, nempe Staniſlao Lutomirſcio Superintendente eccleſiarum minoris Poloniæ Secretarioque Regio, & fratre ejus Johanne Caſtellano Siradienſi, nec non Nicolao Sienicio Directore Delegatorum ordinis equeſtris in Comitiis, & Johanne Niemojovio Judice Inovlodiſlavienſi, aliisque ; conabatur concordiam Eccleſiæ, á Sarnicio & diſcordia læſam inſtaurare, habita in conventu ea de re oratione, ac poſtulato colloquio amico. Id quidem inſtitutum eſt per dies aliquod : ſed Sarnicius Patrum quos vocant Eccleſiæ authoritatem maximè urgebat. Ibi reſponſum Gregorio promisſum, non præſtitum: imò ſine alterius partis præſentia concluſum, ſermones de hiſce controverſiis non amplius cum iſtis habendos, prævalente parte potentiore, & ſententia apud vulgus plauſibiliore. Sic ſchiſmate jam palam erumpente, rupta eſt in partes illa eccleſia, ac divulſa in Majorem, quæ Dei Altiſſimi Trinitatem, & minorem, quæ ejusdem Unitatem eſt profeſſa. Ita ut illa cum hac, communionem habere nefas duxerit. Quin etiam ab illis potentioribus, in hos debiliores, tanquam Arianos blaſphemos, inſtigati ſunt communes adverſarii Pontificii, eorumque epiſcopi: adſperſa quoque horum à ſe diſſidentium patronis quibusdam nobilibus, ut Staniſlao Laſocio Archicamerario Lencicenſi, & Hieronymo Philipovio Quæſtori Palatinatus Cracovienſis, perfidiæ in patriam calumnia.

Illud inſigne quaſi omen eſt notatum, quod anno 1562, quum contra Trinitatis doctrinam conſtitutio fieret, ſchisſmaque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

m ue hoc inſtaret, Cracoviæ ipſa die S. Trinitatis, me-
rit ,Gregorio Pauli contra hanc ipſam de Trinitate opinio-
ne concionante, templum Trinitatis fulmen percus-
ſe , globumque in vertice ejus poſitum dejecerit.

terea Johannes Sigiſmundus, Iohannis Scepuſii Re-
gis Hungariæ electi filius, Sigiſmundi II. Auguſti Regis
Po niæ è ſorore nepos, in ſuo Tranſſylvaniæ principatu,
co quio de religionis capitibus, ac potiſſimum de Deo
Tr no Albæ Juliæ per dies decem inſtituto, approbavit
eo m ſententiam, qui Deum altiſſimum ut eſſentia, ita
pe ona unum, nempe ſolum Patrem, filium ejus uni-
cu è Spiritu S. Dei conceptum, è Maria virgine na-
tu , confitentur: qui inde in ea regione Unitarii nomi-
na ur, & gaudent ſuæ religionis libertate, ab iſto Prin-
ci firmata. Is etiam Georgium Blandratam medicum,
rino cum ſuis ob Sententiam de uno Deo exoſum, è
Po nia in Tranſylvaniam ad ſe evocavit. Hæc acta ſunt
ci annum 1567.

x iis qui vulgari de Dei Triade opinione rejecta, am-
p i ſunt ſententiam de Patris præ Filio præeminentia,
al ui in Arianiſmum planè ſunt delapſi: ut Staniſlaus
F novius ſeu Farneſius, qui ab aliis Unitariis ſchiſma fe-
c circa annum 1567. Hujus ſectatores poſt ipſius obi-
tu ,partim ad illos alios unitarios, partim autem ad Cal-
v ianos diſceſſerunt.

auſtus Socinus Senenſis, Lælii è fratre Alexandro ne-
p , Agnete Burgeſii Petruccii Senarum Principis filia geni-
t , poſt obitum patrui, à quo peculiari rerum divinarum
n itia fuerat imbutus, poſtquam in aula Franciſci magni
D cis Hetruriæ,annos duodecim honoratis miniſteriis con-
ſ nſiſſet; relicta ſua ſponte, Principis qua florebat gra-
t , & tum præſente, tum ſperata fortuna ſpreta, ſuæ
orumque ſalutis ſtudio impulſus, ex Italia ſeceſſit in Hel-
tiam, anno Chriſti 1574. Ibi commoratus Baſileæ,
orſus eſt Diſputationem de Jeſu Chriſto ſervatore. ſed a.
78, à Georgio Blandrata, Principis Chriſtophori Ba-
orei Archiatro, evocatus eſt Transſylvaniam, ad refel-
ndum Franciſcum Davidis: qui rejecto de Filio
ei, Deo Patri conſubſtantiali, errore; in alium magis

pernicioſum delapſus eſt, de Chriſto religioſè non honorando, nec invocando. Inde Fauſtus anno 1579, commigravit in Poloniam; ubi quum eccleſiis, ſolum Patrem Jeſu Chriſti Deum ſummum confitentibus, adjungi publicè petiiſſet, in Synodo Racoviana. a. 1580. ob non diſſimulatum in quibuſdam dogmatis diſſenſum, (ut de ſatisfactione Chriſti, de Juſtificatione ſine omnibus operibus, de prædeſtinatione ac ſervo arbitrio, & de baptiſmo aquæ) repulſam paſſus, nec ad ſacram ſynaxin admiſſus: pro harum tamen eccleſiarum defenſione, contra Antagoniſtas ſtrenuè per ſcripta decertavit. Inter alia ſcripſit librum adverſus Andream Volanum Calvinianum, de Jeſu Chriſti Filii Dei natura, nec non de peccatorum per ipſum expiatione: quem dedicavit Johanni Kiszkæ à Ciechanowiecz, Præſidi tunc Generali Samogitiæ (poſt Caſtellano Vilnenſi) Eccleſiarum Unitariorum prope viginti patrono.

Andreas Dudithius, Epiſcopus quondam Quinque-eccleſienſis in Hungaria, quum Concilio Tridentino interfuiſſet, animadverſis ibi Pontificum & eccleſiæ Pontificiæ technis, ea relicta, acceſſerat ad Reformatos. Sed deinde, tum rationum momentis, tum Calvinianorum adverſus Unitarios acerbitate, permotus? quum horum legationem pacificam ab illis contemtim habitam cerneret, horum fautor evaſit, ut ex ipſius epiſtolis quibusbam apparet.

Anno 1580, Reformatis 150 concionatoribus congregatis Levartoviæ, expectatum eſt ab Unitariis cum eis colloquium, cujus ſpes erat facta; ſed advenientes eo Unitarii, præſente Socino, ſpe ſua fruſtrati ſunt, reſpondentibus Reformatis, nefas eis eſſe cum his habere colloquium, aut ullum negotium, quod ſint ſectatores Ebionis, Arii & Samoſateni, qui ſunt olim ab eccleſia excommunicati.

Circa annum 1600, Jacobus à Sienno Sieninski Palatinides Podoliæ, Dominus Racoviæ, antea Calvinianus, Unitariorum ſententiam veritati magis conſentaneam eſſe agnoſcens, eam amplexus eſt: & in oppido iſto Scholam ac Typographiam, ad harum Eccleſiarum uſum, erexit.

Tentata eſt etiam poſtea ab Unitariis apud Reformatos, qui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

qui in Polonia Evangelici nominantur, reconciliatio; ea conditione, ut manente licet ſententiarum diſſenſu, coale-[illegible] concordia ac mutua tolerantia; Lublini in Synodo Reformatorum a. 1612. ſed Reformati (adhuc reformandi) hos rejecerunt dicentes, non poſſe unionem coaleſcere, quamdiu pars altera retineat opiniones adverſas ſuis, de S. Trinitate, & Chriſti Satisfactione, ac modo juſtificationis & de baptiſmo. Quinetiam poſtmodum ediderunt librum lingua vernacula ſub titulo *Ignis cum Aqua*: quo ſignificatum voluerunt, ſe cum illis nequaquam poſſe convenire. Huic libro reſponſum dedit, Valentinus Smalcius Germanus, Eccleſiæ Racovienſis Eccleſiaſtes.

# APPENDIX

Continens pleniorem Hiſtoriam de Spiritu Belga, cujus ſupra facta eſt mentio.

*Andreas Fricius Modrevius Sylvarum libro I. tractatu 2. capite 2. hæc refert.*

„ Venerat Cracoviam anno Chriſti 1546, niſi memoria me fallit, homo natione Belga, in ſacris Bibliis, ut apparebat, multum verſatus, & in locis ex eis citandis promptiſſimus. Is, cum Cracoviæ eſſet paucorum dierum hoſpes, à quodam, viro magni nominis convivio exceptus eſt: cujus & ego tunc conviva fueram. Ac prius antequam à nobis convivium initum eſſet, ducti ſumus in Bibliothecam convivatoris, omni genere ſcriptorum refertiſſimam. Cumquè unuſquisquè (eramus enim non pauci) ad ſuum ſtudium libros quos vellet, evolveret, incidit Spiritus (hoc enim nomen Belgæ illi erat) in libellum quendam precationum Chriſtianorum. In quo cum reperiſſet precationes, unam ad Deum Patrem, aliam ad Deum Filium, tertiam ad Deum Spiritum Sanctum: *Hui*, inquit, nos compellando, *Tres ne vos habetis Deos ô boni?* Cumque reſponderemus Deum nos habere unum, qui in unitate eſſentiæ tres perſonas habeat. *Atqui*, inquit ille; *Quod habet & quod habetur, diverſa ſunt. Eſt igitur diverſus Ille tres habens, ab iſtis tribus, qui ab illo habentur. Tu verò*, inquibamus nos, *ſophiſtam agis ô Spiritus. Simplex confeſſio noſtra eſt, unum eſſe Deum eſſentia, trinum perſonis. Eſt igitur*, inquit ille, *Deus vobis & trinus & unus. Certè*, inquimus: *ſed alio & alio reſpectu.* Tum ille, *Si igitur iſte trinus unus eſt, cur diverſis orationibus eos compellatis? Cur in his orationibus diverſa beneficia, quæ in genus mortalium conferant, ab illis petitis.* Hæc tum inter nos ultro citroque dicta fuêre. Cum enim rem omnium certiſſimam eſſe crederemus, ac religione prohiberemur de ea contentiones ſerere, ſermonem ad res alias convertimus. Verùm ego rem poſtea diligentius expendens, tacitus mirabar qui fieret, ut,

,,ut cum perſonarum actiones externæ omnes indiviſæ
,,eſſe cenſerentur, orationibus diverſis eas apellaremus:
,,ſeparatim Patrem orando, ſeparatim Filium, ſeparatim
,,Spiritum Sanctum: & deinde una oratione Trinitatis
,,opem implorando. Non ſecus, quàm, ſi quis diſtin-
,,ctis precibus petat aliquid à Petro, Paulo, Audrea, Ja-
,,cobo, Philippo; & deinde una prece ab Apoſtolis omni-
,,bus auxilium flagitet: quorum ut perſonæ, ita eſſentiæ
,,diſtinctæ ſunt. In vulgaribus libellis precationum extant
,,ejuſmodi orationes diſtinctæ ad tres perſonas. *Hæc & his ſimilia Fricius d. l.*

Eandem Hiſtoriam Scripto conſignavit Budzinius Hiſtoriæ ſuæ MS. cap. IV. Qui refert memoratum convivatorem fuiſſe Johannem Triceſium, Eraſmi diſcipulum, generis nobilitate, ne non Hebrææ, Græcæ, Latinæque linguarum notitia clarum. Porro inter convivas recenſet, præter memoratum Fricium, Bernardum Wojewodkam Typographum ac Prætorem Cracovienſem, itidem Eraſmi diſcipulum: & Jacobum Priluſium Notarium Caſtrenſem Cracovienſem, Juris conſultum clariſſimum. Addit Budzinius, ad verba Spiritûs Belgæ, omnes quidem conticuiſſe, aliaque in medium prolata materia, ad prandium acceſſiſſe; attamen adfuiſſe illic, quibus uncus iſte altè actus fuerit: qui ea quæ audierant notantes, quæſtionem hanc ſecum domum tulêre, ſuo tempore in Polonia excituram. Quis verò fuerit Spiritus ille Belga, unde venerit & quid poſt hoc factum cum eo actum ſit, non notant memorati auctores. Suſpicor, annon Adamus Paſtor ſub ipſius nomine latuerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

ANONYMI

# EPISTOLA

*exhibens*

Vitæ ac Mortis

ANDREÆ WISSOWATII,

nec non

Eccleſiarum Unitariorum ejus tempore brevem Hiſtoriam.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*V... præſtantiſſime, Amiceque multis nominibus honorande!*

ANDREÆ WISSOWATII, quo nuper orbati ſumus, amor quo te complexum, inter primi ordinis ſemper reputavit amicos; notior eſt, quam ut multis egeat documentis. Tui verò viciſſim propenſi erga eum animi, haud parva vivente ipſo dediſti ſpecimina. Cujus ſtudii ardorem, obitu ejus minimè reſtinctum eſſe, teſtatur flagrans tuum deſiderium, quo memoriam viri grata recolens mente, acta ipſius à primis cognoſcere ab incunabulis. Exigis opus viribus impar meis, ſi pro ut par eſt tractandum foret. Viri etenim dignitas, maturiori ætate judicioque præditos poſcit, qui laudes ipſius mori non ſinant, ſed ſeræ tradant poſteritati. Ne tamen aſſiduam tuam tuique ſimilium, prorſus fruſtrarem flagitationem, amor quo tibi devinctus ſum extorſit, ut aliquid profer-rem: præſtare ratus, inclyta acta viri perfunctoriè perſequi, quam penitus ſilentio involvere. In chartam itaque a... eu cumulum quendam conjiciam, ea quæ cùm ex ipſi, tum aliorum fide dignorum, ſcripto conſignatis h... ſi monumentis: nec non quæ ex familiâ familiaribuſque ipſius didici, ipſeve vidi. Atque ita vitæ ipſius ideam, pro modulo meo, rudi delineans penicillo; materiam veh... ſuppeditabo, ut ad talia idonei, aliquid tanto viro dignum, inde efforment. Non dubito verò te Vir integerrime (haud ignarum quam curta mihi ſit ſupellex, & quod a... diſtracto ad talia vix ſuppetat tempus) veniam rudi ſtylo daturum, nec tam exquiſita verba, quam potius rem ipſam curaturum. Hæc igitur in præſentia accipe.

Patria Viro (ut hinc more ſolito ordiamur) fuit nobiliſſima illa, Sarmatiæ quondam, nunc Poloniæ nomine nota regio. Natalem locum Philipovia dedit, Magni Ducatus Lithuaniæ in Boruſſiæ confiniis ſitum oppidum. Illud quidem ornamentis ſuis deſtitutum, non adeò tamen clarum, quin inter primas ipſius laudes meritò cenſeri poſſit, quod talem protulit virum: cujus fama dum

vivet,

vivet, Philipoviæ nomen non emoriturum ſperamu
Antequam verò Andreæ Wiſſowatii natale ſolum di
potuit, inter præcipua ejus decora numerabatur, quo
Satrapam magnum illum Chriſtophorum Morſtinium ha
beret: virum in patria inclytum, ob meritaque ſua, à Re
ge loci hujus præfectura, ditatum atque decoratum: ne
minus in eccleſiaſtica quam civili republica clarum. Pro
bitatem ejus, ipſi adverſarii, divinæ gloriæ promoven
dæ zelum, eccleſiæ ab eo erectæ, teſtantur. Inter quas &
Philipovienſis fuit, quæ ſub patrocinii ipſius alis
maximè floruit: paſtore (inter alios quos ſilentio vene
ror) Johanne illo Volkelio ſcriptis ſuis clariſſimo gau
dens: Atque hoc etiam, haud poſtremum Philipoviæ fui
ornamentum.

Generis nobilitas, patriæ præſtantiæ reſpondebat
Ortus eſt ex equeſtris ordinis (multis magniſque u
notum eſt, in hoc Regno immunitatibus illuſtris)
familia: ſtemmatis Roch ſeu Columna. Cujus ori-
go à Cæſarina illa Columna deducitur, qui prout An-
nales noſtri memoriæ prodidêre, ante plura ſecu-
la (circa annum nimirum nongenteſimum) ex Italia
cum ſuis comitibus, in Sarmaticas oras transfretavit, mul-
tarumque inclytarum proſapiarum auctor ac parens extitit.
Pater Andreæ noſtri Staniſlaus fuit, memoratæ Philipo-
vienſis Satrapiæ vice-præfectus: avus Abrahamus Szumco-
rum Toparcha, terræ Branſcenſis Camerarii munere fun-
ctus. Cæteri quoque majores conſanguineique ejus, haud
poſtremum inter conterraneos ſuos, in Podlachiæ Palati-
natu (quæ regio ab antiquo nidus domiciliumque Wiszo-
watiorum proſapiæ fuit) locum obtinuêre. Nec minus
etiam in eccleſiâ, quam patriâ, nobiles fuêre: Benedictus e-
nim noſtri patruus, inter primos Athenæi Racovienſis au-
ctores moderatoreſque recenſetur: Staniſlaus verò genitor
ejus, Diaconi eccleſiæ munus obivit.

Per matrem, haud obſcurior ipſi, acceſſerat nobilitas:
ea verò fuit Agnes Socina, unica proles Fauſti illius Soci-
ni: viri tam natalium ſplendore, reconditaque eruditio-
ne; quàm adverſariorum multitudine odiisque interneci-
nis, nobilis. Cujus acta quoniam multum inclyta (ne-
quicquam livore obnitente) incomparabilis illius Samuelis
Przy-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Przipcovii cura; nos laudibus ipſius nec verbum adjiciemus, ne poſt Homerum Iliada canere videamur. Generis autem nobilitatem, quam nulla obſcurare valet invidia, paucis attingere eſt animus. Paterna pervetuſta Socinorum, Senenſis Reipublicæ patriciorum, ſtirps fuit: quæ non paucos virtute eruditioneque præclaros protulit viros, Juriſprudentiæ inprimis deditos, in qua facultate, velut hæreditario quodam jure, inter coætaneos eminuêre. Genitrix Fauſti Agnes, Petrucciorum, qui nobiliſſimæ ampliſſimæquè Senarum Reipublicæ gubernacula rexêre, propago fuit: Burgeſio Principe ſata. Recenſebat inſuper Fauſtus noſter, inter majores cognatoſquè ſuos, Salvettos ac Picolhomineos Italorum excellentiſſimos. Ex illis; Camilla Pauli Florentinorum nobiliſſimi filia, Mariano Socino juniori (ſenioris Mariani ex Alexandro filio nepoti) nupta, Alexandrum & Lælium Socinos genuit: quorum ille pater, hic patruus Fauſti fuêre, uterque ſublimibus animi præditus dotibus. Ex his; Victoria fuit, memorati Burgeſii Senarum Principis conjux, Fauſti verò Socini avia: Andrea Picolhomineo Piſcariæ & Caſtilionis Toparchâ genitâ. Hujus Andreæ pater fuit, Sylvius Senenſis patricius: mater, Victoria Fortegverrarum ſanguinis: germanus, Æneas ille Sylvius ſæculi ornamentum, qui ad ſummam Pontificis Maximi dignitatem evectus, dignum meritis præmium reportavit, aſſumto ſibi convenienti Pii II. nomine. Soror amborum Laodamia, Nanno Tudeſchino elocata, Antonium & Franciſcum Picolhomineos dictos protulit: quorum hic doctrinâ per varios honorum gradus, ad idem cum avunculo pervenit faſtigium, eodemquè (Pii nimirum III.) nomine, cohoneſtatus eſt. Ille, ob ſtrenuam Ferdinando Arragoniæ ac Neapolis Regi, in Sicilia navatam operam, cum Maria memorati Regis filia Ducatum Amalphitanum conſequutus, eundem ad poſteritatem tranſmiſit. Minimè etiam Borgheſii hic tacendi ſunt: ex his etenim Nicolai filia, Pandulpho Senarum Principi ſociata, Burgheſium Petruccium ejuſdem ditionis Principem, Fauſti Socini avum, & germanum ejus Alphonſum Eccleſiæ Romanæ Cardinalem, in lucem edidit. Recenſet quoquè proſapia hæc, inter decora ſua, Camillum Summi Romano-

manorum Pontificis dignitatem, cum Pauli V. nomine adeptum: ejusdemque fratruelem ac cognominem, metropolitanæ Senarum ſedis Archiepiſcopum.

Cæteros, tam Eccleſiaſtici quam Politici ordinis viros illuſtres, Cardinalium Romanorum, Archiepiſcoporum Senenſium, Oſtenſium, Cluſinorum, Suanenſiumque Epiſcoporum dignitatibus functos; ut & Gravinenſium, Montis Martiani, Biſignanique Duces, Bitoni ac Capiſtrani Marchiones, Calani Nicaſtrique Comites, Plumbini Toparchas; Urſinos, Venturinos, Chiſeos, Beccios, Marſilios, aliaque ſplendida florentis Italiæ ſidera, Fauſto Socino, ac proinde & Wiſſowatio noſtro, ſanguinis affinitatiſque nexu junctos, longus eſſet enumerare labor. Id tamen haudquaquam ſilentio involvendum eſt, Fauſti Socini conjugem, Andreæ verò noſtri aviam, nobiliſſimorum Morſtiniorum, qui Leliwa clariſſimo Regni Poloniæ ſtemmate inſigniuntur, ſobolem fuiſſe. Ex qua Lelivitarum gente, velut ex equo Trojano, plurimi toga ſagoque inſignes prodiere Heroës: ad hoc namque ſtemma, Comites Tarnovii, Jaroſlavii, Granovii, Pilecii, Sieniauſcii, Chlebovicii, Tyſzkievicii, aliæque præſtantiſſimæ, genus ſuum referunt proſapiæ. Hac ſtirpe oriunda virgo, Fauſto Socino in matrimonium datur, Eliſabetha nomine, Chriſtophoro Morſtinio in Paulicovice Domino nata: Chriſtophori verò Raciborſci hæredis Philipovienſis Satrapæ, nec non Andreæ Palatinatus Sendomirienſis pocillatoris, ſoror. Quorum nati, natique natorum, in eccleſiæ patriæ, familiæque, ſpem ac decus procreati, majorum virtutis hæredes, etiamnum ſuperſunt: in quorum laudem præſtat nihil, quàm pauca dicere.

Plura (quæ adhuc vacant) generis ipſius ornamenta recenſere, memoratarumque ſtirpium origines altius repetere poſſemus; ſi Wiſſowatium, majorum potius, quàm propria virtute parta nobilitate, clarum reddere ſtuderemus. Verumenimverò quoniam acta viri (prout videbimus) ſatis inclyta perſe, ipſeque & genus & progenitorum facta, vix ſua eſſe ducebat, minimeque propter hæc (ut moris eſt aliis) ſupra alios ſe extollebat, ſolam virtutem pro nobilitate reputans; paucis hæc innuere viſum eſt, ut monſtraremus & ex
hac

h: parte nihil laudibus ejus defuiſſe.
:ria genereque expoſitis, eccleſiæ quoque religionisque,
ua natus, educatus, quamque amplexus, ſtrenuus
propugnator extitit, velut patriæ alumnæque ejus
ualis, in qua multis eximiis viris, non quidem ſan-
s, ſed Spiritus nexu junctus eſt; haud oberit paucis
gere ſtatum. Majoris namque horum, quàm illorum,
W owatius noſter, ſemper ducebat dignitatem. Haud
t igitur hic (ejus rei namque nunquam eum puduit) in
e ipſa indicare, ipſum ſecundum viam illam, quæ
olim quàm nunc hæreſeos nomine audit, DEUM
REM coluiſſe. Illam intellige religionem, quæ in patria
vulgo (quanquam iniquè) *Arianorum* ac *Anabaptiſta-*
ſeu *Novo-Baptiſantium*, nomine audit. Quanquam ipſi
ſtum Dominum pro unico magiſtro agnoſcentes, ſim-
er *Chriſtiani* cognominari voluêre. Cæteri namque in eo-
Regno, tam Romano-Catholici, quam Evangelici, *Chrze-*
(à *Chrzeſt* quod *Baptiſmum* denotat) nuncupari amant.
rrò in Hungariæ ac Tranſylvaniæ Regnis (ubi à Johanne
mundo, eorum ſacris addicto Principe, libertate
lita gaudent) ad differentiam eorum quibus Trinitatis
en placet, *Unitariorum* appellationem aſſumpſerunt.
nimirum quod Sacræ Scripturæ, Symboli Apoſtolici,
ævæque Eccleſiæ veſtigiis inſiſtentes, religionique ali-
in Summo Numine diviſionem multitudinemve ſta-
: ducentes; ſimpliciter tantum Unum (ut eſſentia ita &
na) Summum, ſeu illum verum DEUM, Creato-
cœli & terræ, eumque ſolum PATREM, confitean-
Unicum præterea Dominum (tam perſona, quàm
tia ſeu natura) JESUM CHRISTUM, Unigenitum
Altiſſimi Filium adorantes. Atque hinc, Ebionita-
, Samoſatenianorum, Arianorum, Photinianorum-
nomina, in opprobrium ipſis impoſita ſunt. *Anaba-*
*rum* verò ſeu *Novo-Baptiſantium* ſive *Novo-Baptiſa-*
*n*, (qui Polonico idiomate *Novvo-Chrzczency*) ti-
m inde nacti ſunt; quod non, ut vulgò moris eſt,
ntes; ſed adultos fideique capaces, ſacro hoc ritu
arent: eos non aſpergendo perfundendove, ſed ſe-
lum Domini mandatum primitivæque eccleſiæ pra-
, ad ſepulturæ typum exprimendum baptiſando ſeu

P mer-

mergendo. Atque hæc præcipua erant crimina, ob quæ omnium odiis, atque hinc manantibus perſecutionibus ſemper expoſiti fuere. Quod enim ad mores eccleſiæque ordinem ac diſciplinam attinet; hæc (præſertim à primordiis) talia fuêre, ut & ab ipſis probarentur adverſariis: ſpem namque firmam habentes, fore reſurrectionem, tùm juſtorum, tùm injuſtorum, in id ſumma incumbebant cura, ut jugiter inculpatam, coram Deo hominibuſque gererent conſcientiam.

Fixerat hæc religio, inprimis in Sarmatarum gente generoſa, libertateque inter cætera regna conſpicua, ſedem ac domicilium, aliiſque ob eadem ſacra profugis, tutum præbuerat aſylum atque refugium.

Haud ignari etenim ipſi mali, miſeris ſuccurrere noverant. Aggreſſi erant aliorum exemplo, quamvis ſerius, at ſolidius, Eccleſiæ erroribus tanquam nebulis obſcuratæ, reformationem: ſtyli gladiique ſpiritualis (non carnalis ut multi perverſè fecêre) mucrone contra errantes ſtricto. Hinc anathematis fulmina (quanquam tunc temporis bruta) in eos vibrantur. Vix è Papatus lacunis emerſerant, & ecce à Calvini ſequacibus, ſociis ſuis in reformanda eccleſiâ, ob non diſſimulatum in ſupra memoratis dogmatibus ritibuſque diſſenſum, ſimili modo tanquam hæretici traducuntur, à fraternitateque ac communione excluduntur. Atque ſic cunctis eos repellentibus ac vitantibus, coacti ſunt ſeparatos habere cœtus. Quos tunc ſat debiles, præter externos & interni adverſarii, debiliores reddere conabantur. Ab una parte Budneiſtarum, Chriſti Domini honorem imminuentium, adorationis invocationiſque cultum ipſi tribuere denegantium, ac è virili ſemine conceptum aſſeverantium; furor eccleſiam turbabat. Ab altera, Farnoviani, (quos tamen communione ſua non arcebant, imò ad eam ultro invitabant) qui Filii Dei honorem augere ſe autumantes, duplicem ipſum ſtatuebant, anteſecularem præter humanam in eo naturam, ejuſque ante matrem ſuam exiſtentiam, propugnantes; ſeparatis inſtitutis congregationibus, eccleſiam ſcindebant. Verùm illi, multis ad meliorem frugem redeuntibus, cum hyperaſpiſta ſuo, tenues abierunt in auras. Hi, Luclaviciano

cœtuum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tuum ſuorum primario, una cum patrono, nobiliſſi-
o illo Staniſlao Taſſycio (Caroli V. Imperatoris quon-
m aulico) cæteris illis Unitariis (qui prius Pinczovii,
t Racoviani, à præcipuis commorationis ſuæ locis, nun-
abantur) ſe adjungente, ipſi quoque anteſignanis or-
i, plerique eodem redierant. Martinus etiam Czecho-
us, haud vulgaris doctrinæ Vir, diverſa à cæteris do-
ata fovens, ſchiſmaque moliens, eodem quo Wiſſo-
tius primam aſpexit lucem, deceſſerat anno: ſequaces
s monens ac obteſtans, ut in minori eccleſia (ſic voca-
ur unius Dei cultorum cœtus, ad differentiam majoris,
Trinitariorum Reformatæ religionis erat) quietè ac
deſtè ſe gerentes, perſeverarent. Sic itaque Religio hæc,
n internis adverſariis luctata, ſuperatis pacatiſque domi
us, è parvis ſcintillis in magnam jam erumpebat flam-
m, & quaquaverſum ſerpebat, orbemque Chriſtianum
dmirationem ſui rapiebat, cunctis caput opponere auſa,
n tam numero quam viribus pollens. Eratque tempus
d, viris ac armis ſpiritualibus (ſcriptis nempe quæ to-
n jam pervaſerant orbem) exercitatiſſimum: pervene-
que Eccleſia velut ad robuſtam quandam maturitatem.
cabant tunc in ea, velut lucida ſidera (quorum ſplen-
non ſolùm natali ſolo terminabatur, ſed & ad ex-
os pertingebat) præclari illi pietate ac doctrinâ vi-
Hos autem, prout memoria proditum eſt, fuiſſe
epimus: Tergeminos Lubieniecios, Andream, Stanis-
m, & Chriſtophorum, (qui fulgore aulæ exuto, verbi
ini miniſterium, magnanimiter in ſe ſuſceperant) toti-
nque Stoinios, Chriſtophorum, Petrum, & Johan-
n, (Petro Statorio juniore, & Gregorii Pauli Breſinenſis
a genitos:) Smalcium, Licinium, Caliſſium, Niecie-
m, Twardochlebium, Moſcorovium, Goſlavium,
decios, Chriſtophorum & Danielem Rudnicios, (quo-
n hic eximiâ eruditione eo pervenerat, ut Theologiæ
olaſticæ Græcæque linguæ Profeſſor in ipſa Româ crea-
ur,) Oſtorodos, Voidovios, Volkelium, Piſto-
m, Piſecium, Crellium, Prypcovium, Rupnovium,
chtingium, Ruarum, Stegmannos, Gittichium Vene-
um, Prætorium Lehocki, Rynievicios, aliosque non

 paucos

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

paucos: quorum cura induſtriaque, cùm in nonnullis Regalibus utriuſque nationis urbibus, tùm verò præcipuè in magnatum nobiliumque (ſublimi in hoc Regno gaudentium libertate) his ſacris addictorum, oppidis & prædiis, eccleſiæ ac ſcholæ, florebant atque creſcebant. Haudquaquam enim eccleſia hæc (quamvis non adeò ut aliæ abundaverit) deſtituta fuit caruitque, ſapientibus, potentibus, nobilibuſque viris.

Hac verè aurea ætate Wiſſowatius in lucem editur, in ſpem eccleſiæ, tot tantoſque ut vidimus quos imitaretur habens præceſſores, quorum inclyta acta atque trophæa ipſum ſtimulare erigereque poterant. Acceperat quidem nuper haud leve eccleſia vulnus, amiſſo anno 1604, die Martii tertia, Fauſto illo Socino: quem ſequenti, Petrus Statorius Stoinski (qui velut os, indivulſuſque ipſius comes fuit) ſtrenuus ille veritatis (cui & in medio Turcarum, in ipſa Byzantina arce, haud veritus eſt præbere teſtimonium) propugnator propagatorque, ſequutus eſt anno. Hoc damnum Wisſowatii nativitas compenſavit: qui velut è cineribus avi, in eccleſiæ prodiit emolumentum. Biennio à Socini obitu, unica filia ejus, à Chriſtophoro Morſtinio avunculo (qui tutelam ejus gerens loco parentis ei erat) Staniſlao Wiſſovvatio in matrimonium collocata, Anno 1608, die 26 Novembris, primo partu tali avo majoribusque dignum, enixa eſt nepotem. Imponitur ei, Andreæ Morſtinii matris avunculi ergò, ANDREÆ nomen: quod haud fruſtra ſe geſſiſſe, actis ſuis comprobavit.

Felicem Wiſſowatii nativitatis tempore, ſtatum eccleſiæ fuiſſe deprædicavimus. Verum enim verò haudquaquam eo ſenſu, ut planè ab omnibus adverſis immunem extitiſſe cenſeremus. Immo verò per crucem perpeſſioneſque, ad talem ut vidimus, pervenerat florem. Quanquam non minus periculi perſecutionumque plena, in quæ adoleſcebat, inſtarent tempora, ſequiorque poſt auream illam ſequeretur ætas. Multorumque calamitas ac Sanguis docuit, quantæ molis eſſet talem erigere eccleſiam. Quas Tragœdias, brevitati ſtudentes, ac propoſito noſtro inſiſtentes, commodiori reſervamus tempori ac loco. Opus igitur tunc erat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

er , viris animo & pectore firmo præditis , qui & ipſi ta-
li ſtinerent , & alios ſimilia perferre docerent : non tan-
tu jubendo ſed etiam monſtrando tolerare labores. Pri-
m ergo parentum , malos dies inſtare conſiderantium ,
cu fuit , Andream noſtrum , probitate ac veritate , ſi-
m que ( quas ſemper & ubique ſecum poſſet ferre ) bo-
ni mbuere artibus. Illud potiſſimum per ſe ipſos ; hoc ,
qu melius fieret , & aliorum promovebant ope. Et ut
co modius id fieret , genitor ejus ( præter cæteras ratio-
ne ) poſſeſſionibus ſuis in Podlachia divenditis , in mino-
re Poloniam , utpote cultiorem regionem , commigra-
vi atque in Cracovienſi principe Regni Palatinatu ſede
fi , pagum Jankowka , à Chriſtophoro Morſtinio uxo-
ri vunculo , conductum tenuit. Hinc filium in vicinum
R iborſco ablegat , ut illic unà cum memorati Morſtinii
fi ; ( quibus pædagogum domi alebat ) ſtudiis operam
n aret. Hic ſub optimi Morſtinii ( quem Wiſſowatius
n ter , memoriam viri grata recolens mente , Senatorem
E leſiæ Dei meritò appellare ſolitus eſt ) inſpectione ,
m rum doctrinæque primis iſtis rudimentis , induſtriâ
d gentiâque eo profecit , ut à præceptore ipſo , idoneus
ju caretur,qui in illuſtriorem promoveretur ſcholam.Mit-
t r ergo , anno 1619 , non tam ætate quàm ingenio
turus , in nuper erectum Racovienſe gymnaſium.
Florebat tunc temporis ſchola hæc , velut Athenæ Sar-
ticæ , ad invidiam uſque nobilis : Fundatoribus Scho-
l chisque viris de patriâ eccleſiaque optimè meritis gau-
is : inter quos eminebat , Jacobus Sieninius Podoliæ
I atinides , Racoviæ , à genitore ſuo fundati oppidi , hæ-
r ac herus.His accenſendi Rectores Præceptoresque,ſum-
a prudentiâ eruditioneque præditi:inter quos,non tempo-
quidem , ſed dignitate , primum meritò ſibi vindicat
um magnus ille Johannes Crellius : qui Athenæi hujus
iſſowatio illud ingrediente , poſt inſignis doctrinæ vi-
s , Brokajum , Manlium , Nieciecium , Paulumque
okierum , clavum ſumma cum laude regebat. In quo
unere ſucceſſores habuit , inclytos illos , Martinum Rua-
m , & hinc Joachimum Stegmannum , quos ( Wiſſo-
atio jam è gymnaſio hoc egreſſo ) excepit , Adamus



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Franciscus Sileſius, probitate eruditioneque coætaneorum nemini ſecundus. Quem in munere hoc ſequutos accepimus Petrum Teichmannum, Georgium Nigrinum, & qui agmen id claudit Laurentium Stegmannum (qui infami cum Schola hæc tolleretur tactus, Tribandri aſſumſit nomen) omnes præſtantes animo viros. Felices tunc parentes erant, quibus in ea tempora filii naſcebantur, quo velut ad bonarum artium mercatum, Racoviam mittere poterant. Factitantibus id, non ſolùm his qui Ariani Anabaptiſtæque vocabantur, (penes quos oppidi ſcholæque illius habenæ fuêre) verùm & Evangelicorum, nec non Romano-Catholicorum, proceribus nobilibusque. Ita ut plerunque trecenti equeſtris ordinis juvenes, præter civium oppidanorum filios, (quibus junctis ſæpè millenarium numerus excedebat) in gymnaſio hoc ſtudiis operam navantes numerarentur.

In hac ſchola & Wiſſowatius noſter, humaniorum artium habuit profectum, brevique ex interioribus in ſupremam evectus eſt claſſem, ſtudiis impigre incumbendo. In quibus tam aſſiduus fuit, ut nec paternam domum inviſere, per plures annos ei vacaverit. Parentibus tamen ejus viſendi copia fiebat, cum ad Synodos, quæ Racoviæ quotannis celebrabantur, genitor ejus Eccleſiæ Robcovienſis Diaconus, commearet. Poſt nonnullos in ſtudiis exactos annos, cùm parentes cernerent, per breve temporis ſpatium, tantum eum profeciſſe, quantum ad vitam inter concives honeſtè ducendam ſufficeret; meditabantur ipſum è ſchola revocare, atque ſecundùm conſuetudinem gentis, in famulitium alicui magnatum tradere, ut inde ad majora ei pateret aditus. Verùm nonnullorum qui in ſchola eccleſiaque excellebant, inprimis verò ſummi viri Martini Ruari curâ, iſti parentum ejus conatus, inhibiti ſunt, ſuadentibus amicis, ut tanta indole præditus puer, ad ſublimiora converteretur, optantibusque ut Fauſti illius Socini unigenitæ primogenitus, ſtudiis Theologicis operam dando, ſucceſſu temporis avum ipſis repræſentaret. Offerente itaque eccleſia in ſtudiis ejus promovendis opem ſuam, parentes his aſſenſum præbuêre. Remanſit

igi-

ig.. r Racoviæ, in propoſito impigrè pergens. Haud pa-ru.. ſtudiorum ejus profectum adjuvabat, quod hoſpitio &..enſa, ac proinde quotidiana converſatione uteretur, Jo..nnis illius Crellii, (qui Rectoratus munere depoſito, E..cleſiaſten Racovienſium agens, nonnullis in Theologica fa..ltate inſtruendis, ſacras literas interpretando, ope-ra.. dabat,) viri doctrinâ ſimulque & pietate emi-ne..tiſſimi: à quo cum morum, tum doctrinæ, haud pa..a ſe hauſiſſe incrementa, ſemper grata fatebatur m..te.

Gymnaſio Racoviano egreſſus, Illuſtriſſimi domini A-le..ndri Petri Tarlonis Palatini Lublinenſis rogatu, filio-ru.. ejus natu maximi (minoribus in ſchola Raco-vie..i ſtudiis operam dantibus) humanioribus porrò ar..us imbuendi, anno 1629, ſuſcepit curam. In cujus m..natis (religione Romano-Catholici) aula, multis qu..vis ſe offerentibus illecebris, à recto tramite ne pa..m quidem ſe dimoveri paſſus eſt: & à ſacris quæ pr..veris agnita amplexus fuerat, non modo ſe abduci m..mè ſinebat, verum eandem omni oblata occa-ſio.., propagare aliiſque inſtillare ſatagebat. Tan-de.. quùm à memorato Domino ſollicitaretur, ut fil.. ſui ephorum agens, in exteras cum eo profi-ci..etur oras, nolens juvenis religionis à ſua diver-ſæ procul à paterna domo cuſtos eſſe, melioremque ex..as oras viſendi præſtolans occaſionem; gratiis Pala-tin.. actis, alium qui Pontificiæ addictus erat religioni, ut ho..nunus obiret commendavit: atque ita hac arrepta an-ſa.. aula illa lubens ſe expedivit.

..evi poſt hæc, anno nimirum 1631, commodiorem pe..grinas oras adeundi, nactus eſt occaſionem. Ablega-tu.. ecclеſia parentibusque, qui in id, ut quam optimum in ..nis artibus progreſſum haberet, ſedulo incumbebant. N..us in hoc itinere nonnullos præſtantes comites, (quo-ru.. quidam in patria, alii in exteris, peregrinationis ſo-cio..e addidêre) ut, Martinum Ruarum, Joachimum ab H..nsberg Paſtorium, Georgium Niemiricium, Ale-xa..rum Czaplicium, Nicolaum Lubieniecium, Petrum



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Suchodolium, alioſque iiſdem ſacris addictos viros. Solvens Gedano mari, variaſque oras prætervectus, in Bataviam appulit; in qua cumprimis Lugduni commoratus eſt, in loci illius Academia quæ præclaris tunc temporis ſuperbiebat Viris literis operam dando. Inviſebat quoque interdum, novo exortum Amſtelædamenſium Athenæum, ejuſque inclytos Profeſſores, Voſſium atque Barlæum, ad quos ei ſemper liber patebat aditus. Ibidem cum Epiſcopio, Curcellæo, aliiſque eximiis pieque doctis viris, quibus ætas ac regio illa ferax erat, notitiam familiaritatemque contraxit. Offendit etiam tunc temporis in Batavia, Chriſtophorum Arciſſevium Equitem Polonum, qui Societati Indiæ occidentalis operam ſuam navans, à Curatoribus ejus in Americam cum militum manu, cùm ad Braſiliam aliaque eorum ditioni ſubjecta loca tutanda, tum ad nova acquirenda, expediebatur. Fuerat is à juventute, horum quos Arianos vocant, addictus ſacris: verùm inter Reformatos degens, ad eorum communionem acceſſerat. Quod tamen hac fecit conditione; ut ei de Trinitatis dogmate, à communi opinione diſſentire liceret, prioremque de unitate Dei retinere ſententiam: impigrè fateri ſolitus, Arianos ſeu Photinianos (prout vulgo audiunt) cæteris, purius de Deo ſentire: quod & literis ſuis ad Regem Vladiſlaum IV, cum in patriam reverteretur datis, haud veritus eſt inſerere. Is in priſtinæ amicitiæ, quam cum noſtro Wiſſowatio coluerat ſignum, invitabat eum, ut vela ſecum faciens, in Americam trajiceret; innuens, haud defuturam illic divinæ gloriæ promovendæ meſſem. Nec difficulter animum ejus, ad talia dudum propenſum, flexiſſet; ni eum à tam longinquo diſcriminiſque pleno itinere retraxiſſent, cùm parentes procul relicti, hujuſque rei inſcii, tum eccleſia cujus curæ ſe commiſerat, quibus inconſultis nihil novi tentare voluit. Maturiori itaque hæc, gratiis Arciſſevio pro favore actis, reſervavit conſilio.

Hinc in propoſito pergens, trajecit in Angliam: in qua nonnullos inſignes illius Regni viros, videre alloquique ei contigit. Inde in Galliam transfretavit, cujus variis provinciis urbibusque peragratis, Lutetiæ Pariſiorum ſtudio-

rum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

rum Lutetia potiſſimùm hæſit: Sorbonam aliaque Profeſſorum ac Doctorum collegia frequentando. Ibidem ei cum magno illo Hugone Grotio, Petro Gaſſendo, Marino Merſenno, nonnullisque aliis clariſſimis viris, notitiam amicitiamque contrahere contigit. In omnibus autem occaſionibus, religionis quam ut veram amplectebatur, propagandæ aliisque inſtillandæ, haud immemor fuit; quam & publice in Academiis Athenæisque non dubitavit proponere atque propugnare.

Per aliquot annorum, in occidentalibus oris commorationis ſpatium, in patriam haud ſine fructu redux, anno 163[illegible] Adami Suchodolii (Satrapæ poſt Horodlenſis) matris amicorumque juvenis rogatu, morum ſtudiorumque curam ac moderamen ſuſcepit: quæ res ex utriuſque voto feliciter ceſſit.

Sequens annus, trigeſimus nimirùm & octavus ſupra milleſimum & ſexcenteſimum, Unitariis, imò & cæteris recti æquique tenacibus viris, perquam funeſtus accidit. Eripitur tunc verè ocellus Poloniæ, aſylum atque profugium exulum, religionis muſarumque ſacrarium: Eccleſia, Gymnaſio, Typographiaque Racovienſi ſublatis. Damnum irreparabilis occaſionem dedit, ſtudioſorum quorundam protervitas, qui ligneam crucifixi imaginem extra oppidum ſitam, lapidibus fregêre. Hinc adverſarii adoleſcentibus (à parentibus ab petulantiam caſtigatis) liberè miſſis, quam dudum quærebant anſam calumniandi nocendique nacti, totam eorum quos Arianos nuncupabant, adoriuntur ſocietatem. Obruitur calumnia Sieninius Racoviæ Toparcha, cui læſæ Divinæ & Regiæ Majeſtatis crimen intentatur: ſimiliter ſcholæ profeſſores, & eccleſiæ paſtores tanquam perpetrati facinoris auctores, juventutiſque ad id exequendum ſtimulatores. Nihil contra valuit accuſatorum innocentiæ ſuæ validis rationibus evicta demonſtratio: nihil ipſius Sieninii, ſenis ſeptuagenarii, patricii de ſe patriâ cum jactura patrimonii præclariſſimè meriti, cui nunquam Patriæ Patri in Comitiis Regni ſæpius acclamatum eſt; juramento (ipſi, ut teſtaretur ſe inſcio hæc perpetrata eſſe, extorto) Sancita purgatio: Nihil compluri-

um ordinis equeſtris delegatorum, non tantum Arianæ (u vocatur) ſed & Græcæ, & Evangelicæ, imo & Romano-Catholicæ religioni addictorum, contra extraordinarium & ſummarium, novo & inaudito in libera Republica exemplo, judicii hujus proceſſum, ſeſe opponentium, proteſtatio. Decernitur Warſowiæ in regni comitiis, (tertio equeſtri nimirum, ordine, ſummo cum præjudicio, a cauſæ hujus judicio excluſo) ſcholam Racovianam eſſe diruendam, eccleſiam Arianis adimendam atque occludendam, typographiam tollendam, eccleſiæ paſtores, ſcholæque profeſſores ac præceptores, infamia notatos proſcribendos. Quæ cuncta exequutioni impigrè mandata, brevi triſtem habuère eventum.

At non caſu hoc perterritus noſter, ſequenti anno, cum nonnullis aliis equeſtri genere ortis, comitiorum celebratione inſtante, Warſawiam tendit. Illicque in Delegatorum ordinis equeſtris camera, occaſione ſe offerente, nec pudore nec timore deterritus eſt, quominus prope ipſius Regis Senatorumque latus, fidei quam profitebatur redderet rationem: tam cum Romano-Catholicis, quam cum Evangelicis, de religionis articulis, ob quos cum ſuis maximè exoſus erat, diſceptando. Similes veritatis propagandæ occaſiones, in illuſtrium virorum præſentia, ſæpius ipſi obtingebant, quas etiam ſpretis periculis haud quaquam præterlabi ſinebat: verum hæc brevitati ſtudentibus cuncta haud vacat recenſere.

Anno 1640, enixo rogatu genitricis ſuperius memorati Suchodolii, quamvis Reformatorum ſacris addictæ, juvenis (quem jam humanioribus artibus probè imbuerat) exteras potiſſimùm oras viſendi gratiâ, iterum tanquam ephorus ſuſcepit curam. Peregrinatus igitur inprimis in Germaniâ, Galliâ, ac Belgio (in quibus oris jam cum nonnullis præclaris viris notitia ei interceſſerat) poſt aliquot annos repatriavit: Suchodoliumque matri, ſe verò eccleſiæ, incolumem ſtitit. Verum enimverò brevi à reditu eorum, de Wiſſowatio facta conſilia, deque Suchodolio concepta ſpes, in caſſum cecidêre. Decreverant in Synodo anno 1642 Czarçoviis celebrata Wiſſowatium jam pridem ad ſacrum miniſte-

iſterium (nequiquam quibuſdam conſanguineorum ſoda-
iumque ejus obnitentibus) quo gloriam divinam melius
romoveret, propenſum; (neque tamen in talibus præ-
ocem atque feſtinantem) eccleſiæ quæ in hæreditario Su-
hodolii oppido Piaski colligebatur, præficere. Sed Su-
hodolius, matris affiniumque opera, ad Calvinianorum
icra pertractus, memoratam eccleſiam occludere mandat.
xpoſtulantibus cum eo hac de re, Chriſtophoro Lubieni-
cio, noſtroque Wiſſowatio, (his etenim ab eccleſia id
egotii commiſſum erat) ex amicorum ſententia per unum
cleſiaſtarum reſpondit, ſe eccleſiam non aperturum, ve-
eri enim ſe, ne Unitarii, cives Piaſecenſes ad ſuam con-
ertant religionem.

Quum hoc fratrum propoſitum haud ſucceſſiſſet, Wiſ-
owatio de alio proviſum eſt loco. Prima itaque ipſum
iunus paſtoris peragentem Ukraina vidit: in qua anno
643, Senatus Eccleſiaſtici conſulto, in oppido Szerſznie,
ıb patrocinio Stephani Wojnarowii Venationis Regiæ in
alatinatu Kyovienſi præfecti, pro collega datur Johanni
oinio eruditione ac eloquentiâ eminentiſſimo concionato-
.

Dum ſic in uno Regni Poloniæ angulo, Wiſſowatius in
nea Domini impigrè operatur; in altero, in minori ni-
irum Polonia in Hungariæ confiniis, atrox paternam do-
ium obruit calamitas. Genitoris ejus (ob æquitatem qui-
em & modeſtiam nonnullis tractus illius incolarum acce-
i, verùm ob religionis diverſitatem pleriſque inviſi) præ-
ium nomine Wrocmirowa, quod in Palatinatus Craco-
enſis ſubmontana ora emptum poſſidebat, latrones ho-
ineſque nequam noctu invadunt, pecuniaque ac ſupelle-
ili direptis, ipſum crudeliter contundunt, pluſque ad-
uc quam repererant extorquere volentes, carbonibus can-
entibus torquent atque adurunt: unde poſt aliquot
es, octava nempe Octobris anni 1643, vita functus
t.

Triſtis de tali genitoris vitæ termino nuncius, perculit
uidem ut par erat Wiſſowatii noſtri animum, verùm
udquaquam planè proſtravit. Noverat enim mœrorem
haud-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

in adverſis temperare: quem tunc temporis, potiſſimùm, ſacris officioque ad quod vocatus erat incumbendo, moderabatur atque excutiebat. Ob vigilantiam in munere, cùm auditoribus, tum ipſi eccleſiæ patrono Wojnarovio gratus.

Nec minore ipſum Niemiricii, luculenti cenſus hæredes magnæque in illis oris auctoritatis viri, favore proſequebantur. Quorum natu maximus Georgius Kyovienſis Archicamerarius, jam pridem ab eccleſia flagitaverat, ut Wiſſowatium ex exteris reducem, ipſi concederent, in divinis rebus miniſtrandi gratiâ. Tunc verò ipſum invitabat, ut cum eo Boryſthenem trajiciens, in oppidum ſuum Orel ad ripam hujus fluminis ſitum, proficiſceretur: his eum animans verbis; *Sanctus* (inquit) *Andreas Apoſtolus cognominis tuus, Scythis eiſque finitimis populis Evangelium prædicaſſe fertur, tu in eaſdem mecum vade oras, idem acturus.* Verùm alia fuit fratrum mens, qui ipſum anno 1644 è Kyovienſi in vicinum Volyniæ Palatinatum tranſtulerunt, atque eccleſiæ, quæ partim in Halitzany ſub patrocinio Alexandri Czaplicii (Martino Bereſci Toparcha, tam eccleſiæ quam patriæ gratiſſimo altoque ſanguine creto viro, geniti) partim vero apud affinem ejus Tobiam Ivanicium in hæreditario ejus ivaniciano, colligebatur; præfecerunt. Adduntur ei inſuper vicinæ Kiſſelinenſis Bereſtenſiſque, à germanis Martino ac Georgio Czapliciis fundatæ eccleſiæ: ut earum, illuc excurrendo, fratres viſitandi, paſtoreſque in muneribus eorum (ſacrarum præſertim communionum tempore) juvandi; curam gereret.

Dum ſic ſtrenuè Chriſtiani Unitarii ſacris ſuis invigilant, nec advarſarii eorum interim quieſcunt. Eodem illo 1644 anno, haud leviter gravi perſecutione (quæ velut umbra corpus pios ſequi ſolet) eccleſiarum ſtatus conturbatus, religioniſque exercitii curſus in illis oris retardatus eſt, Impetuntur geminæ illæ modò memoratæ eccleſiæ, quorum incrementa in malevolis invidiam, atque hinc nocendi libidinem concitarunt. Rapitur in jus Georgius Czaplicius Kiſſelini dominus, eccleſiæque quæ ibidem erat patronus. Crimini ei objicitur, blaſphemias ipſum Arianas

Racovâ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Racoviâ Kiſſelinum transferre, miniſtroſque ac præceptores Racovienſes proſcriptos ac infames apud ſe fovere. Quod quamvis merum fuerit figmentum, ( paſtores enim eccleſiæ Kiſſelinenſis, ſcholæque præceptores, nunquam Racoviæ docuerant)nihil tamen profuit ad innocentes ab injuriâ adverſariorum protegendos. Cujus etiam haud leve ediderunt ſpecimen, dum Adamum Hulevicium de Wojutyn( cum quo poſtmodum Wiſſowatius noſter, affinitatem, ducta uxore ejus germana, contraxit ) & Alexandrum Czaplicium Georgii filium, ſummi Tribunalis, ad quod negotium hoc devolutum erat, membra, quod Arianorum ( ut audiunt ) ſacris eſſent addicti, à cauſæ hujus judicio excluderent. Quo facto, Czaplicius mille aureorum Hungarorum ſumma mulctatur, injungiturque ei ut eccleſiæ miniſtros, gymnaſiique præceptores, coram Tribunali ſiſtat quibus (ab amicis inevitabili periculo ſubductis) haud comparentibus, iterum aliquot florenorum millibus ſpoliabat: eccleſia verò Kiſſelinenſis, immo & vicina Bereſtenſis funditus evertitur, ſevereque mandatur ne unquam poſthac religionis exercitium illic peragatur. Præterea Matthias Twardochlebius per triginta Kiſſelinenſis; & Joachimus Rupnovius per aliquot annos Breſtenſis eccleſiarum quidam paſtores, tunc jam vita functi, tanquam infames proclamantur, pecuniaque pro eis etiam ſolvenda imperatur: ita ut ad minimum viginti & aliquot florenorum millibus, omnes mulctæ ac expenſæ tunc temporis Czaplicio conſtiterint. Andreæ porrò & Alexandro Czapliciis, Martini Bereſci dum viveret domini filiis, mulctæ quidem non irrogantur, verùm ſub gravibus pœnis interdicitur, in propriis eorum ditionibus, religionis exercitium.

Haud parum acerbo hoc caſu multorum in illis oris conſternati ſunt animi, Nihilominus tamen Wiſſowatius in ſupra memoratis locis munia ſua obibat: multa quæ ei ab adverſariis adverſa obveniebant ſuſtinendo. Perſæpe à ſacrificulis ob religionis exercitia calumniis obrutus in jus rapitur, & ad ipſum uſque ſummum Regni Tribunal trahitur. Ita ut parum abfuerit, quin patria ob religionis prætextu ejiceretur; jamque deſtinaverat in Bataviam pridem à ſe

ada-

adamatam cedere, niſi à fratribus detentus fuiſſet, qui la-
bores hos ejus, cum conſiliis tum auxiliis impigrè ferre ju-
vabant.

His periculis, ſummo aſpirante numine, feliciter e-
antlatis, aliquantiſper reſpiravit, atque hac quiete uſ-
jam quadragenarius animum ad uxorem ducendam appli-
cuit, ut in ſecundis ſociam, in adverſis verò levamen h-
beret. Copulavit ſibi matrimonio, quam jam pridem mo-
rum probitate ſibi commendatam ambiebat, virginem A-
lexandram Rupnoviam, Joachimo Rupnovio & Eliſab-
thâ Andreæ Lubieniecii filia genitam. Sufficeret dixiſſe
his eam parentibus, quorum virtus meritaque in patriam
eccleſiamque neminem latebant, prognatam fuiſſe. Ver-
bo tamen innuere, qui majores cognatique ejus fuêre, u-
& hac ex parte tali marito (quamvis ille non tam majorum
propinquorumque, quam propriæ ipſius virtutis rationem
habuerit) dignam fuiſſe pateat, haud obeſſe arbitramur.
Pater Joachimus Rupnovius (vir vt coætanei ejus teſtantur
in omni ſcibili verſatus) in primo juventutis flore, gloriæ
divinæ amore ductus, ſacrum in ſe ſuſceperat miniſterium
quod variis in locis, ut Lublini, Kreloviæ, Racoviæ, Be-
reſcique dignè obivit, prætulitque id mundi hujus honori-
bus, ſpreta conſanguineorum qui in eo pollebant multitu-
dine ac ſplendore. Ortum ducebat è clariſſima Sreniaviorum
gente, quorum primi progenitores ad fluvium Sreniawa
(quo in rei memoriam pro inſigni utuntur) Boleſlao primo
Polonorum Rege ſceptrum tenente, ſtrenuam patriæ nava-
runt operam. Stirpis parens Miroſlaus Comes de Nakiel à
Chronographis fuiſſe perhibetur, à quo multi præclari
propagati viri, tam olim quam nunc inter patriæ fulcra at-
que decora recenſentur: ad idem etenim ſtemma, Lubo-
mirſcii (Principum titulo decorati) Cmithæque in Wisnicz
Comites, nec non Stadnicii aliæque celebres proſapiæ, ge-
nus ſuum referunt. Pater Joachimi Nicolaus (Synodici
ſeu generalis diaconi in eccleſia munere functus) conjugem
ex Gieraltorum haud ignobili ſtirpe prognatam habuit.
Cujus genitrix è Czaikoviorum, ipſius verò è Baliorum,
nobiliſſimis familiis, ortum traxêre. Atque hæc paternæ
domus decora fuiſſe accepimus.

Conjux

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Conjux Rupnovii, genitrix vero Alexandræ noſtræ, Eliſabetha fuit, ex antiquiſſima Lubienieciorum ſtemmatis Rola, familia oriunda: Andrea illa Lubieniecio procreata, qui aula Regis (cujus gratiâ pollebat) ſponte relicta, fortunaque cùm præſente tum ſperata ſpreta, nec non conſanguineorum (inter quos & magnum illum Johannem Sarium Zamoſcium Sarmatiæ Phœnicem numerabat) fulgore pro nihilo reputato; inviſæ illi quam Arianam vocant ſectæ ſe ſociavit. Immo ejuſdem religionis eccleſiis, proprio ſumtu, (paucorum exemplo) in variis locis paſtorem agens miniſtravit, atque earundem acerrimus propugnator propagatorque extitit: quod tot cum adverſariis habitæ diſputationes, multique ad eadem ſacra adducti (inter quos Stanislaus & Chriſtophorus juniores natu germani ejus fuêre) abundè teſtantur. Pater ejus Stanislaus fuit Krzchmoviæ dominus, Lublinenſis terræ Quæſtor, ſimulque ex hoc & Sendomirienſi Palatinatu ad judicia exercenda delegatus. Mater tam olim quam nunc clariſſimorum Sobieſciorum ſoboles fuit. Conjux Chriſtina Oſtrovia, morum gravitate probitateque conſpicua matrona, in Gryphiorum vetuſtiſſima gente genita: ſub cujus utpote aviæ ſuæ inſpectione, Alexandra noſtra florem ætatis ſe tranſegiſſe gloriatur. Hujus germanus fuit Petrus ille Oſtrovius, maxima cum laude legatione ad Turcarum Monarcham functus: germana verò Johanne Niemojovio, magno illo decore columineque eccleſiæ, marito gaudebat, ex quo filiam Sieninio Podoliæ Palatinidæ nuptam ſuſcepit. Recenſebat inſuper memorata Chriſtina, inter progenitores conſanguineosque ſuos, præſtantiſſimas Suchodoliorum Orzechoviorumque (quorum illa matrem, hæc aviam ejus protulit) proſapias: ex quibus multi in patria eccleſiaque præclari prodiêre heroës. Cum, talibus majoribus conſanguineiſque gaudente, virtutiſque eorum imitatrice virgine, Wiſſowatius matrimonium, per eamque cum memoratis viris affinitatem contraxit. Nuptiæ, matre (pater enim jam deceſſerat) virginem elocante, ſacris more eccleſiæ uſitato peractis, celebratæ ſunt in Halitzany, in ædibus virtute genereque ſpectatiſſimi viri Alexandri Czaplicii, ſponſæ matruelis atque tutoris,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tutoris, Anno 1648. die tertia Maji.

Eodem anno Synodi conſulto, transfertur è Volynia i minorem Poloniam, eccleſiæque Lublinenſis quæ in Sie liska colligebatur, cura ei committitur, Primus Lubli puriori doctrinæ domicilium præbuerat, inclytus ille Ten cinius Palatini Belſenſis ſimulque & Lublinenſis Satrapa muneribus functus: in cujus ædibus (illic loci ubi poſt modum Jeſuitarum erectum eſt collegium) eccleſia ſcholaque quondam floruerat. Verùm ipſo patrono, ut & paſtore eccleſiæ Pacleſio, vita functis, mutatio ſequuta eſt, exercitiumque religionis aliquantiſper ceſſavit. Poſtmodum tamen ab aliis reſumtum, ad annum uſque 1627 viguit: quo eccleſia hæc à malevolis nefando diruta eſt modo, addito inſuper ſolatii loco, à ſummo Tribunal ſevero ne unquam poſthac reſtauraretur interdicto. Quo facto cives Lublinenſes cum finitimis, in vicino urbi pago Siedliska, ſub patrocinio Nicolai Suchodolii Chelmenſis territorii Dapiferi, ad ſacra congregabantur. Paſtorem loci hujus, Chriſtophorus Lubieniecius Junior vir gloria divinæ zelo flagrans, ad annum uſque 1648, quo munus hoc una cum vita reliquit, egerat.

Huic à fratrum ſocietate, Wiſſowatius præ cæteris qui tam populoſam eccleſiam moderaretur, idoneus judicatus (nequicquam eum fratribus in Volynia apud ſe retinere nitentibus) ſucceſſor datur: adjutorque ei Paulus Myslicus additur.

Acceperat iterum proximè elapſo anno, haud leve, quamvis non inſolitum eccleſia vulnus. Jonas Slichtingius magnum illud eccleſiæ jubar ac ornamentum (Wiſſowatio etiam noſtro affinitate junctus) ob editam ipſius ferè ſacræ Scripturæ verbis confeſſionem (libello hoc Warſawiæ carnificis manu publicè combuſto) regno infamia tectus proſcribitur, ignique ac aqua ei interdicitur. Eccleſia huic malo mederi, vel ſaltem ne ulterius ſerperet providere cupiens, Wiſſowatio ad fratres Cracovienſis Sendomirienſiſque Palatinatus legationis munus imponit, ſtimulandi eos gratia, ut viros idoneos ad comitia regni delegent, eccleſiæ cauſam acturos. Vix domum (quæ in Suchodoly in vicina Sedliſcorum erat) legatione feliciter

functus

fu tus rediit, & ecce mortuo Vladiſlao rege, ſervile in Po nia exarſit bellum, Coſaccique rebelles duce Theodo- ro hmielnicio, exercitu Polonico profligato atque fuga- to ad Viſtulæ uſque ripam graſſantur: inprimis in Aria- no ( uti audiunt ) ob religionem eis inviſos ſævientes. Q d non pauci utriuſque ſexus his ſacris addicti homines i, in Ukraina, ( præſertim Conſtantinoviæ ) tunc oris crudeliter ab ipſis martyrio affecti, teſtantur. Fr ribus Lublinenſibus his perculſis ac diſperſis, cætero- que exemplo in tutiora ſe conferentibus, Wiſſowatius cu uxore germanoque illius Andrea Rupnovio ac non pa s auditorum ſuorum, in Boruſſiam conceſſit: ibique nc procul à celeberrimo emporio Gedano, in Buszkowy Jo nnis Arcisſevii prædio, commoratus eſt. Veruntamen llic mutatione hac facta otiabatur, ſed ter per hebdo- m en in Zaſcocinum ejuſdem Arciſſevii pagum, ad ones peragendas, aliaque collegia ac colloquia ſacra fratribus habenda, itabat. Similiterque, in Straſſi- n Pauli Ivanicii prædium, in quo ſæpius laudatus Mar- s Ruarus, Dantiſcanæ eccleſiæ quæ illic tunc colligeba- curam gerens, degebat; ad ſacram ſynaxin lingua Po- ca, Ruaro Germanica eandem peragente, celebran- commeare ſolebat. Tali modo hyeme in Pruſſia trans- , tumultus turbine in regno ceſſante, anno 1649 tationem ſuam in terram Lublinenſem reverſus eſt, itoribuſque in unum collectis, iterum munia ſua obi- vi

Anno vertente, Synodi decreto, ( fruſtra patrono fra- usque Lublinenſis cœtus, plurimum votis obnitenti- b ) è Lublinenſi in Sendomirienſem ſe confert Palatina- , paſtorem civium Racovianorum acturus: qui miſe- r do ( ut ſupra vidimus ) modo, loci illius eccleſia ſu- ta, in Radoſtow uno à Racovia lapide diſſito pago, ad ra celebranda conveniebant. Patrona Radoſtovienſis fuit, tate conſpicua matrona, vidua Domini Wylamii, ex il- tri Cikoviorum proſapia, à magnoque illo Staniſlao Ci- vio Biecenſi Caſtellano exercituumque regni duce, or- m ducens: quæ una cum Racovianis cæteriſque eccleſiæ us membris, ſumma cum humanitate Wiſſowatium

 excepit,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

excepit, ac in ædes ſuas recepit, atque dum vixit ſingulari proſequuta eſt benevolentia. Ipſe quoque in muniis ſuis obeundis haudquaquam negligens extitit: præter alias enim ad eccleſiam ſpectantes occupationes, ter per hebdomaden cum auditoribus, qui eo Racoviâ cum domina ſua ſæpius memorati Podolienſis Palatinidæ vidua, commeare ſolebant, ſacra celebrabat: diebus verò veneris jejunio ac precibus per totum diem vacabant. Verumenimverò nec illic diu, tam pulcrum religionis exercitii curſum, humani generis adverſarius, pacatum ſivit. Anno 1651 vicinus parochus Szumſcenſis, quem memorati cœtus incrementa peſſimè habebant, inſidias ſtruit: ac primò quidem epiſtolam ad Wiſſowatium exarat, tanquam amicus ipſum monens, ut à ſacris peragendis ſuperſedeat, pericula namque ipſi hujus rei cauſa imminere. Noſter conſcientiæ ductum ſequutus, reſcripſit, ſe ullis minis periculisque à divinæ gloriæ promovendæ ſtudio, abſterreri minimè paſſurum: oſtendens inſuper iniquitatem afflictionum quas à Sacerdotibus perſæpe patiebantur. Sacrificus his exacerbatus nocendi libidine fervens, Warſawiam petere, illicque literas Wiſſowatii in generalibus regni comitiis coram equeſtris ordinis delegatis legendas exhibere: priorisque Racovianæ eccleſiæ modo & hanc tollere ſatagens, fingit calumniaturque, cives Racovianos Radoſtoviam ad ſacra euntes, crucifixi imaginis pedem fregiſſe, id verò paſtoris eorum Wiſſowatii inſtinctu perpetratum eſſe. Gratis hæc à nocendi cupidis excipiuntur auribus, moxque expeditur mandatum manu ſigilloque Regio munitum, atque ad Wiſſowatii ædes defertur: quo ipſe, nec non patrona Radoſtovienſis, præcipuique Racovianorum civium, ad comitia regni citabantur, facinoris rationem reddituri. Sublata mora, comparent Warſawiæ nonnulli incolæ Racovienſes, cum propoſito Wiſſowatium (qui idem facere volebat) ſi ejus præſentia opus eſſet eodem arceſſendi. Verum illis coram ſe ſiſtentibus, cauſæ hujus judicium ad aliud differtur tempus. Interim proba illa matrona, cœtus memorati patrona, vita fungitur; Radoſtoviam verò Dominus Sieniuta, maritus filiarum ejus natu majoris, (minor enim Stephano Niemiricio Palatinatus Kyovienſis Archicamerario

merario

me[...]io nupſerat ) religione pontificius , hæreditatis jure ere[...] eccleſiamque illam Chriſtianis Unitariis ademit. Qua mu[...]ione facta , Wiſſowatius inde neceſſe habuit cedere : quo facto adverſarii cœptum negotium urgere deſtiterunt. Ita [...]toviæ hoc pacto ſacris ſilentio impoſito , Wiſſowatio de[...] proſpectum eſt loco. Migrat anno 1652 in Cracovi[...]ſem Palatinatum , atque ex unanimi fratrum ſententia , in cœtus Robcovienſis miniſterio , Serino Morſtinio ma[...]i illius Philipovienſis Satrapæ digno filio , (huic Rac[...]orſienſis à genitore ſuo erectæ eccleſiæ cura commiſ[...] ſurrogatur. Eccleſia hæc fundata fuit à Sebaſtiano Com[...]iovio Robcoviæ domino , ob morum gravitatem Cat[...]is Chriſtiani nomine decorato , qui cœtui huic miniſt[...]di onere in ſe recepto , laudabili exemplo patronum paſt[...]emque ejus ſimul egerat. Tunc temporis verò poſt alios Abrahamus Mierzenius memorati Philipovienſis Satr[...]æ haud degener gener , tutelam ejus gerebat. Atque in h[...]us eccleſiæ miniſterio Wiſſowatius quadriennium exegit. Præterea verò Luclavianæ eccleſiæ , cujus miniſter tunc erat Johannes Moſzowski (in Hungaria quondam ob religionem à Lutheranis , quorum ſacra deſeruerat , ad rogu[...] damnatus ) inſpectionis ac viſitationis à fratribus ibi commiſſam curam obibat. Similiterque trans Du[...]ecium amnem in pagum Luzna, in quo piæ quædam matronæ ob ſenectutem cœtum Robcovianum frequentare non [v]alentes degebant ; ad ſacra peragenda excurrere ſolebat. Obveniebant ei hæc itinera facienti , ab adverſariis (qu[i h]aud æquis hæc aſpiciebant oculis ) non pauca (quæ non mittimus) adverſa : verùm & ex his feliciter divina em[...]it ope. Ordinariis his occupationibus tempus ſurripi[...] , libris ſcribendis impendebat. Et ut alia ſileam , tom[...] illic Novum Inſtrumentum notis illuſtravit : pſalmo[s r]ythmis Polonicis , rogatu fratrum in uſum eccleſia[...]n , reddidit , additis eodem fini non paucis hymnis. Co[...]nnaverat inſuper non parvum volumen , quo (provi[nc]hac à Synodo etiam ſibi demandata ) Cichovio Jeſuit[æ] ad triginta ejus rationes , quibus homines ab Arianorum (prout vulgo nuncupantur) religione abſterrere con[...]atur , reſponſum dedit. Verùm hæc , ut & alia ab



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

eo hactenus elaborata manuſcripta, cum cæteris ejus lib:
in perſecutione de qua mox, periêre. Ibidem Robcoɛ
anno 1654, die 20 Januarii, genitricem ſuam Agnet
Socinam amiſit: quæ in ædibus ejus larga in ipſum cor-
gemque ac prolem, pro beneficiis ad mortem uſque p-
ſtitis, effuſa benedictione, Servatori ſpiritum comm-
davit: ibidemque à filio terræ mandata quieſcit.

Ingredimur annum milleſimum ſexcenteſimum qu
quageſimum quintum, qui Patriæ Wiſſowatii, po-
ſimum verò his qui eadem cum ipſo ſacra colebant, fu-
ſtus accidit. Is enim annus fuit, quo Carolus Guſta
ſuecorum Rex, torrentis inſtar Poloniam invadens, -
tam ferè occupaverat. Ita ut Caſimiro Rege regno ex-
dente, plerique Palatinatus, præcipuique Senatoru
quin & exercitus regni cum ſuis ductoribus, nec r
ipſum regni caput Cracovia, ejus ſe neceſſe habuer
ſubmittere tutelæ. Eo inprimis reſpectu, ut à Moſc
Coſacciſque, ab alia parte regnum igni ferroque imma-
ter vaſtantibus, protegerentur. Hinc belli turbine ceſſar
unicuique ad ſua redeundi promulgata libertate, Wiſſov
tius è Roznoviana arce, quo ſe cum ſuis procellam h
vitans contulerat, ad ſtationem rediit, jejuniorum in
rim celebrationem ob mutatum patriæ ſtatum, haud int
mittens. Vix trimeſtri pacatè peracto, & ecce novus tur
quietem hanc concuſſit. Concitantur à quibuſdam, Polo
rum contra Suecos ruſtici, ad præſidia eorum, contra
dem datam ex oppidis ejicienda: præmii verò loco, A
anorum (ut audiunt) bona villæque eis promittuntur, p
ſimque per oppida in foris atque templis publicè è ſugge
pronunciatur, ut ipſos invadant atque (tanquam victim
pro alienis delictis) trucident, poſſeſſionesque ac bona
ripiant. His incitati ruſtici, multorum ſubditi con
proprios heros, haud impigri fuêre. Confluxit plusqu
trium millium turba, atque Sandecia oppido proditic
expugnato, præſidioque Suecico quod illic erat mactat
Arianorum villas ac prædia, Sacerdotibus ipſis viam mc
ſtrantibus, ſecuribus, ligonibus, ſudibusque præuſtis i
ſtructi, inopinatò invadunt, omniaque ferro ac flamn
miſcent. Multos cùm fidem ejurare nollent, immanit

trucidan

tr dant, alios contuſos ſemivivos relinquunt, nec debi-
li ſexui infantibusque parcentes: quæ cuncta recenſere,
ta inque renovare dolorem, horret animus, nec locus
e n tempusque ſinunt. Dum hæc torrentis inſtar ge-
r ur, Wiſſowatius noſter, à cujus ædibus quadrante
ta im milliaris maleferiati ſacrifico duce jam jam ingru-
en s diſtabant, triſti hoc accepto nuncio, omni ſublata
m a, uxore liberisque rhedæ impoſitis, Roznoviam ſe
co ert. Porrò bona ferè cuncta, interque ea bibliothe-
c egregiè inſtructam, vitam ſuam ſuorumque præſen-
ti no eripiens periculo, neceſſe habuit illic relinquere ma-
le lorumque rabiei exponere. Verum non diu ipſis Ro-
z via, vixque unius diei, tutum præbuit aſylum, herus
e im loci (religione pontificius) veritus ne ei male cede-
re quod tales haberet hoſpites, ruſticorum turba illuc ap-
p inquante, rogat Wiſſowatium, ut ipſum metu, ſe
v periculo, liberare, atque ocyus inde diſcedere velit.
M x itaque accingit ſe itineri Wiſſowatius, cogiturque
n tu, media bruma, gelu frigoreque admodum intenſo,
e inter medias eos perſequentium flammas, trans Viſtu-
la per viginti ferè milliaria, proficiſci. Ex his peri-
c s peculiari gratia divina eluctatus, Viſtula fluvio tra-
je o, concedit in pagum nomine Czarkowy. Hæres
i, eccleſiæque patronus fuit Hieronymus Gratus Mo-
ſc ovius, incomparabilis illius Hieronymi Moſcorovii
( em ipſi adverſarii veritatis vi adacti, faſſi ſunt talem fuiſ-
ſe de quo eccleſiæ hæ meritò gloriarentur) ex filio Andrea
n os: magni verò illius Andreæ Dudithii pronepos: noſtro
e m Wiſſowatio ſanguine junctus, utpote patrui ejus Be-
n dicti Wiſſowatii filia genitus. Sub hujus patrocinio,
e leſiæ à ſeniore quem memoravimus Moſcorovio erectæ,
p torem tunc temporis agebat Staniſlaus Lubieniecius (qui
a o 1675 die 21 Maji Hamburgi in exilio vita functus
e) reconditæ vir eruditionis. Hic Wiſſowatius cum ſuis
a quantiſper reſpiravit, tempusque quo illic commorari
l uit ſacra peragendo trivit, confluxerant etenim Czar-
k vios, audito eum illic eſſe, ejus quondam auditores.
Q otidie illic conciones admonitionesque, tam diurnis
q am antelucanis horis, peragebantur: ſtatisque tempori-
b s, prout ratio poſcebat, jejuniis precibusque vacabant.



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Verum enimverò non diu his gaviſi ſunt, prædatrix namque illa ſtupidorum turba, ab aſtutioribus ſtimulata, recentibusque ſpoliis illecta, Czarkovios (ubi multos Arianos confluxiſſe reſciverant) tendere, atque ſub Opatovecia oppido, uno tantum lapide inde diſtante, Viſtulam trajicere nunciatur. Concluditur unanimiter à fratribus, protinus inde fugiendum. Vix unum aut alterum confecerant milliare, & ecce maleferiati illi, in Czarkoviano igni ac ferro graſſantur: eccleſiam flammis exurunt, bona diripiunt, bibliothecam memorati Lubieniecii diſcerpunt, librisque ejus Pinczoviam uſque viam ſternunt. Hæc hisque ſimilia paſſim tunc perpetrabantur. In talibus itaque conſtituti anguſtiis, præcibus ad Deum fuſis, quorſum ſe conferrent deliberabant. In patriâ à popularibus minimè ſe tutos eſſe cernebant: nec conſultius extra patriam in vicinas Sileſiam aut Hungariam (prout multi optabant) cedere videbatur. Omnes namque tranſitus à prædonibus ſicariisque obſeſſi erant, nonnullosque jam qui id tentaverant, horrenda morte ſublatos, non vana referebat fama. In tali itaque caſu, quum non poſſet melius reperiri remedium, placuit vicina Cracovia. Commiſerat ſe hæc urbs (prout ſupra innuimus) cum cæteris regnicolis, Suecorum clientelæ atque protectioni, atque in eam (utpote præ cæteris tutam atque munitam) non pauci ex vicinia, cùm Romanenſes, tum Evangelici, belli minas vitantes, ſe contulerant. Eodem ergo & memorati fratres, graviori compulſi neceſſitate, venia à civitatis rectoribus impetrata, declinarunt. Urbem ingredientes, Wisſowatio committunt ut omnium nomine, gubernatore (is verò erat inclytus ille Paulus Wirtzius) ſalutato, gratias ipſi pro promiſſo protectionis patrocinio agat. Quod etiam oratione ad eum habita, exequutus eſt. Triginta ferè familiæ Cracoviam ingreſſæ ſunt; & quoniam ſecus ac ſperabant, propter ſeditiones bellicosque motus, nulla inde diſcedendi atque ad ſua redeundi dabatur facultas; prima omnium cura fuit religionis exercitium, cujus quondam libertate, regum diplomatibus munita, in hac civitate gaviſi fuêre, donec præterito durante ſeculo, eccleſia illa à maleferiatis (qui tam in vivos, quam mortuos in ſepulcris conditos,

mo non humano ſævierunt ) nulla de cauſa dirueretur. Hinc verò hanc nacti occaſionem, à memorato gubernatore, æquè ac cæteri, ſacra peragendi libertatem obtinuere. Atque hoc poſt tot adverſa maximum fuit ſolatium. Haud parvum in tam bono propoſito adjumentum erat, quod ſecum haberent plures in divinis exercitatos viros: qui ob civitatis amplitudinem operam inter ſe partivêre, ſacra quotidie bis unuſquiſque in ſuis vicis peragendo, diebus verò ſolis ac jejuniorum (quæ unaquaque celebrabantur hebdomade) in unum omnes conveniebant locum: idemque actitabant diſciplinæ eccleſiaſticæ, fractioniſque ſacri panis tempore. Statis inſuper temporibus conveniebant ad ſacrarum literarum ſenſum indagandum atque eruendum, quorum collegiorum ope, Jonas Slichtingius magnam novi fœderis commentariis illic illuſtravit partem. Atque his per qui annum tempus trivêre: atque inter obſidionum quæ per redintegrabantur anguſtias ac ſtrepitus, cum fame frigoreque ſæpe luctati, nunquam tamen divina gratia in extremis poſiti, patienter perſeverarunt.

Tandem anno 1657 urbs Regi Poloniæ, priſtino ac legitimo ſuo domino, quarta ab ipſo obſidione cincta, deditur: Sueciſque è regno excedentibus, unicuique ad ſua redeundi data venia, Wiſſowatius quoque cum ſuis Cracoviâ diſcedit, atque in ſubmontanam ſe confert regionem, Robcoviamque petit. Verumenimverò longè aliam quam reliquerat, reperit illic rerum faciem: ædes ſuas dirutas atque vaſtatas, ſupellectilem bonaque omnia ablata: bibliothecen (cujus damnum maximè eum perculit) egregiis tam typis quam manu exaratis inſtructam libris, à Sacerdotibus ruſticiſque direptam atque laceratam. Itaque tali ſtatim offenſo, ruiniſque tantum ædium paſtoralium Robcoviæ ventis, confert ſe in hæreditarium ſuum pagum nomine Wrocmirowa, dimidio inde milliari diſſitum: atque inde functionis ſuæ memor, fratres cùm in patria tum extra eam diſperſos, literis ſuis ad ſacra celebranda in unum collegit.

Verumenimverò non hæc eſt Chriſti cultorum ſors, ut diu pace otio fruantur, fixamque hic in terris habeant ſedem. Vix reſpiraverant, & ecce novus majorque poſt illa prælu-

dia, eos conſternavit turbo. Quod enim antea, vel ſub prætextu, vel contra quoſdam tantum moliebantur, nunc tandem contra omnes; non modo reliquias illas ruſticorum, ſed & cæteros ſimul & ſemel exterminare ſtudentes; palam conſurgunt adverſarii. Atque ſic eccleſia illa, quæ à centum annis in hoc regno habuit domicilium, prorſus inde exſtirpatur, & ſicut per ſanguinem perſecutioneſque creverat, ſimili quoque modo decreſcit.

Annus agebatur milleſimus ſexcenteſimus quinquageſimus & octavus, quo Johanne Caſimiro regnante, horrendi carminis in Arianos vulgo dictos fertur conſtitutio. Quam hic ſubjungere ſeræque mandare poſteritati, haud abs re fore arbitramur. Sic autem verba ejus ſonant;

*Quamvis ſectam Arianam, vel ut eam nonnulli vocant Anabaptiſticam, in Dominiis noſtris degere & propagare, ſemper lex publica vetuerit, cùm tamen fatali quodam Reipublicæ caſu; memorata ſecta nuperis temporibus, in dominiis noſtris tam Regni quam Magni Ducatus Lithuaniæ, dilatare ſe inceperit, quæ Filii Dei prææternitatem minuit; reaſſumendo & in ſuo vigore relinquendo, contra eos, ſtatutum Vladiſlai Iagellonis anteceſſoris noſtri de Hæreticis, ex conſenſu omnium ordinum conſtituimus: Ut ſi quis talis inventus fuerit, qui ſectam hanc Arianam, in dominiis noſtris cùm Regni tum M. D. Lithvaniæ & provinciis eis annexis, auſus fuerit profiteri, ſpargere, vel prædicare, eamque & aſſertores ejus protegere & fovere, fueritque ea de re legitimè convictus; quilibet talis, prædicto ſtatuto ſubjacere, & ſine ulla dilatione per Capitaneos noſtros & officia eorum, pœna capitis affici debet, ſub privatione Capitaneatus. At fautoribus eorum, tanquam pro pœna perduellionis, forum in Tribunali inter cauſas conſervatas mixti fori aſſignamus, ad inſtantiam cujusvis, ſicut & Capitaneis eorumque officiis: in Magno verò Ducatu Lithvaniæ, in Tribunali in quovis Regeſtro. Volentes tamen clementiam noſtram oſtendere, ſi aliquis talis inventus fuerit, qui huic ſectæ ſuæ renunciare noluerit, huic triennium ad divendendas poſſeſſiones concedimus, ſalva bonorum & perſonarum ſecuritate atque debitorum repetitione. Quo tempore nihilominus, nulla exercitia memoratæ ſectæ ſuæ peragere debebit,*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

*bit & nullis muniis publicis immiſcere ſe poterit, ſub pœnis ſuperius expreſſis.*

Non eſt propoſiti noſtri, conſtitutionem hanc ventilare: Nec etiam tempus locusve ſinit, æternam illam totius Reipublicæ de pace ac ſecuritate diſſidentium in religione, pluries redintegratam legem, totque Regum ſancitam juramentis, ipſi opponere. De titulis etiam cognominibusque Arianorum ac Anabaptiſtarum, injuſtè impactis, in tanta rerum atrocitate conqueri, ſupervacaneum foret. Quod ad diſſenſum in fidei dogmatibus attinet: rectenè an malè crediderunt? Si malè; cur non in Chriſtiana charitate erudiebantur, ſpiritualique potius quam carnali gladio conficiebantur? præſertim cùm talia nunquam detrectaverint, ſed ſemper parati fuerint, ultro cum adverſariis congrediendi captantes occaſiones: haud veriti in ipſorum templis ac cœnobiis, coramque ipſis Regibus, ſummis Tribunalibus, Epiſcopis cæterisque myſtis, religionis ſuæ reddere rationem. Sin verò benè; quid commiſerint hi qui inſontes perſequuntur; quale autem ſalatium quantaque merces maneat eos, qui talia propter FILIUM ILLUM HOMINIS patiuntur, ipſi dijudicent. Verùm his juſtiſſimo Judici commiſſis, ad propoſitum revertamur.

Perculit ceu fulmen hoc edictum multos, qui terrenam cœleſti præferentes patriæ, exilii miſerias formidantes, religionem mutarunt, atque velut palea vento flante, à cæteris avulſi ſunt: quibusdam in Papæ Romani, aliis in Calvini caſtra transfugientibus. Quod poſterius ne fieret, à Pontificiis mox prohibitum eſt. At non Wiſſowatius noſter omine hoc conſternatus, in munere ſuo obeundo minimè ceſſavit: contemtis periculis ac laqueis, qui ei hujus rei ergo, quotidie ſtruebantur: inprimis à vicino Zbyſcenſi parocho. Cujus cæteris nocendi Wiſſowatio artibus miſſis, unum malevoli erga ipſum animi ejusque conatus, (in quo ſingularis divina emicuit providentia) libet commemorare ſpecimen. Convenerant frequentes Robcoviam fratres, ad jejunium, diſciplinamque eccleſiaſticam, nec non baptiſmi, ſacrique panis fractionis ritus celebranda. Simul ac hæc parochus ille reſcivit, (cujus domicilium vix uno



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tantum inde diſtabat lapide) collectis nequam nulliusque ponderis hominibus, Robcoviam tendit, in animo habens Wiſſowatium capere, reliquos verò bonis ſpoliatos diſſipare. Verùm & hic, Summo favente Numine, in caſſum propoſitum ejus cecidit. Appropinquantibus namque ipſis, ingentes repentè obortæ ſunt nebulæ, denſæque tenebræ Robcoviam ex oculis ejus ſubduxerunt: ita ut nullo modo pagum invenire poſſent. Poſtquam igitur ſat diu errasſent, coacti ſunt irrito conatu reverti: Sacrifico admodum irato, atque in hæc erumpente verba; *Ipſe* (inquit) *Diabolus hos Arianos tutatur.* At contra Robcoviæ congregati (apud quos nullæ erant tenebræ) ubi hæc reſcivêre, peculiari Dei hæc adſcribebant curæ: ac per biduum ſacris occupati, pacatè diſceſſerunt, idem & poſtea factitantes. Cum tales nocendi modi haud ex animo adverſariis ſuccederent, gravius in eos fulmen vibrarunt, Regiis mandatis (quæ vulgo Univerſalia vocantur) emiſſis, quibus tales ſimileſque congregationes, Arianis dictis, ſeverè interdicebantur: ſimulque jubebantur Satrapæ (vulgo Capitanei) cæterique officiales, ut ubicunque invenirent, qualiſcunque ſtatus aut conditionis hujus ſectæ homines, tum viros tum mulieres, congregatos ſacra peragere, captos vinctoſque in carcerem conjicerent, ac pœnis afficerent. Conſternarunt hæc pleroſque, at non Andream noſtrum, qui ut in omnibus, ita & hic, viriliter ſe geſſit. Paratus erat ille, ibidem loci prout antea, munia ſua obire: ſed patronus eccleſiæ veritus ne poſſeſſiones amitteret, non auſus eſt diutius locum congregandi in villa ſua concedere. Itaque Wiſſowatius haud dubitavit, in Wroemirovianum hæreditarium ſuum prædium, ædibus ſuis hujus rei gratia apertis, fratres ut ad ſacra convenirent invitare. Accedebant eum nonnulli palam, alii timidiores noctu: porrò hos qui non veniebant, partim ipſe adibat, partim verò per epiſtolas officii admonebat, atque in fide confirmabat. Atque hoc pacto, quotidie ferè ſacra in ædibus ejus peragebantur, omnes namque ſimul (prout antea factitabant) tunc convenire non audebant. His itaque tum ſecundum ſpiritum, tum ſecundùm corpus (hoſpitalitate ſcilicet) miniſtrandum erat: quod etiam utrumque pro viribus præ-

ſtabat,

ſtetit ; quamvis inter media ipſi impendentia diſcrimina : quæ ut & lites ob religionis praxin à Spiritualibus (prout vocantur) ipſi motas, tanquam non inſolita, præterimus, atque ad magis notabilia tranſgredimur.

Annus erat ſexageſimus, ſupra milleſimum & ſexcenteſimum, quo termino exilii eorum qui Ariani Anabaptiſtæque nuncupantur inſtante, multi (præſertim verò ii quos [illegible]entus cenſus, conſanguineorumque ſplendor, à terris avelli haud ſinebat patriâ in religine nutabant. Hi popoſcerunt, ut colloquium charitativum de religione, inter Romano-Catholicos, & eos qui damnati erant Arianorumque nomine audiebant, inſtitueretur. Obtulit hujus rei gratia ædes ſuas, unus ex primariis regni ſenatoribus, Joannes Wielopolski Szafraniec, tunc Voynicenſis Caſtellanus & Satrapæ Warſawienſis, poſt verò & Cracovienſis Palatini, dignitatibus functus : impetraturque hujus rei venia ab Epiſcopo Cracovienſi. Periculoſæ plenum hoc opus erat aleæ. Si enim provocati non comparuiſſent, ſtatim quod cauſæ ſuæ diffiderent, accuſarentur : illi verò qui in fide vacillabant, juſtam ſacra mutandi ſe nunc nactos eſſe arbitrarentur cauſam. Porrò comparere minimè tutum utileque videbatur ; verebatur namque, adverſarios corruptionis potius quam correctionis eorum ſtudio, hæc induiſſe. Hæc itaque nonnulli conſiderantes, domi ſe continuerunt : alii in procinctu jam exiſtentes ab amicis inhibiti ſunt : itinerum alii difficultate retardati, poſt peractam demum diſputationem advolarunt. At Wiſſowatius noſter, omnibus reſpectibus poſthabitis, ſpretiſque periculis ac incommodis, divino tantum fretus auxilio, deſcendit in arenam : illic velut in theatro quodam, ultima vice in patria veritati teſtimonium daturus, nutanteſque in fide confirmaturus. Comparuit itaque ad præfixum diem, nonnullis amicorum comitatus, in arce Roznow, ubi memoratus Caſtellanus reſidebat, locuſque diſputandi deſignatus erat. Illic præter multorum tum adverſariorum tum amicorum expectationem, cuncta ei ex animo ceſſêre. Amanter admodum à Caſtellano exceptus, menſæque ejus humaniter adhibitus, ſingularem benevolentiam ejus cum ſociis ſuis expertus eſt : nequicquam invidentibus frementibuſque qui

eum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

eum antehac perſequebantur ſacerdotibus,qui eo tunc ad ruinam ejus ſpectandam advolarant. Confluxerunt ad colloquium hoc non pauci Romano-Catholici, quorum præcipui inque illis oris celebres fuêre; Rychlovius Barnardinorum Reformatorum Provincialis, Henningus Rector Cracovienſis Jeſuita, Nicolaus Cichovius itidem Jeſuita, &c. Cum his Wiſſowatius per totos quinque dies, ab undecima ad decimam ſextam Martii, memorati anni 1660, de præcipuis in religione controverſiis, (inprimis verò de ea ob quam patria ejiciebantur) animoſè, & ut ipſi faſſi ſunt ſolidè decertavit. Sæpe adverſarios ad incitas redigebat, agnoſcente id, ſuisque interdum non rectè reſpondentibus, iraſcente Caſtellano colloquii hujus moderatore. Qui (ut alia ſileam) palam faſſus eſt, argumentum à Wiſſowatio ſolum PATREM ſummum Unumque illum DEUM eſſe probans, ex 1. Cor. VIII. productum, per totam noctem ſomnum ei ademiſſe. Idem, Wiſſowatio ſacerdotes acriter urgente, probando Filium Dei non eſſe ipſum ſummum Deum, ideo quod diem Judicii ultimi ignoraverit, Cichoviuſque ſubtilis ille Jeſuita eo eſſet delapſus, ut diceret poſſe eſſe ſummum Deum (ſi nimirum non ſit prima perſona) qui non omnia ſciat; iratus in hæc erupit verba; *Nolo igitur ego* (fatur Caſtellanus) *talem ſummum habere Deum, qui de die illa neſcivit.* Verùm hæc penitius noſcere cupientem, ad acta hujus colloquii, quorum ſumma, prout à ſcribis calamo excepta eſt, Wengerſcii Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ annexa, nuper in lucem prodiit, remittimus. Inter cætera adverſariorum de hac diſputatione teſtimonia, & hoc haud indignum notatu, ſcripto conſignatum reperimus. Dominus Caſtellanus cum Nobiliſſimo Wladiſlao Morſtinio colloquens, videns Cœnobiarcham (Guardianus vulgo dicitur) ſe accedentem, rogat D. Morſtinium ut in proximum concedat conclave, ſacrificique de colloquio audiat judicium. Quo facto, interrogat Caſtellanus Cœnobiarcham, quomodo ei diſputatio hæc placuerit? Ille ad hæc; *Et ſi omnes* (inquit) *ex inferno prodirent, non poſſent fortius religionem ſuam tutari, quam hic unus.* Caſtellanus porro; *Quid verò ſi plures eſſent: ſunt autem* (addidit) *non pauci tales?* *Neſcio* reſpondit alter, *quid jam cum eis agendum*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

gendæ *foret.* Porrò haud infructuoſam hanc diſceptationem iſſe, teſtatum fecere; cùm adverſariorum erga ſacra hæc mitiores effecti animi; tum verò potiſſimùm, hanc paucorum qui in religione ſua nutabant, poſt colloquium hoc habitum, ſtabilis in ea (quanquam cunctis exoſa) perſeverantia.

Interea varii rumores, conjugis familiæque Wiſſowatii, percellebant aures. His ipſum ab adverſariis contumelia affectum, illis in carcerem conjectum, aliis capite plexum, aliis alia quæ libenter vidiſſent, divulgantibus. Verum hæc incolumis ipſius ad ſuos reditus, refutavit atque diſſipavit: adverſariorumque expectatione fruſtrata ſuos exhilaravit. Auxit malevolorum invidiam admirationemque, Wiſſowatii poſt paucos dies, à memorato Caſtellano tempore carniſprivii ad ſe invitatio. Haud detrectavit id quamvis iterum terreretur: ſperabat enim ſe rurſus, aliquid boni illic efficiendi nacturum occaſionem. Inter ſalutandum his eum Illuſtr. Dn. Wielopolski affatus eſt verbis; *Priori* (ait) *vice, ut Theologum te excepi, nunc verò unquam amici & vicini, gratus mihi eſt tuus adventus.* Nec nuda tantum hæc fuiſſe verba, eventus comprobavit. Per nonnullos dies humaniſſimè à Caſtellano tractatus eſt: colloquia amica (inprimis de religione) invicem miſcendo; in præſentia aliquot Sacerdotum, nonnullorumque equitum. Tandem Wiſſowatio abitum parante, præſente fratre ejus Theodoro & Andrea Lachovio de Moſcorow utriuſque cognato, ſevocatum his ſollicitavit verbis; *Doleo* (ait) *vicem tuam ô frater! cernens te in egeſtatem per exilium quod tibi imminet delapſurum; itaque nobiſcum hic potius remane, honoreque ac patrimonio retentis noſtram profitere religionem:* ego verò (ſubjungit Caſtellanus) *ad vitæ tuæ tempora poſſidendum tibi dabo opimum prædium nomine Grok, inſuper aütem ſpondeo tibi me effecturum, ut & ab aliis regni magnatibus collegis meis, annuatim haud contemnendam pecuniæ habeas ſummam, doctis etenim viris prout tu es, patria noſtra indiget.*

Haud levius id, ac perſecutionis exiliique, contra Wiſſowatium vibratum eſt telum. Verumenimverò ut in cunctis bonis propoſitis, ita & hic, conſtantem immo-

tum

tumque noſter Andreas præſtitit animum. Maluit itaque bona, bonique viri famam, quam bonam perdere conſcientiam: & potius elegit opprobrium cum populo Dei pati quam temporariam peccati habere fruitionem. Brevibus igitur, gratiis Domino Caſtellano pro benevolentia actis, reſpondit, conſcientiam quominus deſiderio ejus ſatis facere obſtare. Cùm ergo nec duris nec mollibus, à propoſito ipſum dimoveri poſſe cerneret Caſtellanus, neceſſe habuit his acquieſcere. Nihilominus tamen amanter ipſum dimiſit, & opem ſuam (quanquam jam ſerò) pollicitus eſt.

Tandem eodem 1660 anno, funeſta illa nunquamque oblivioni tradenda, Chriſtianis Unitariis, decima nimirum menſis Julii, affulſit dies. Qua ſi vitam retinere vellent, patriâ cedere cogebantur: Cunctorum manibus, ad eos ut proſcriptos atque infames impunè mactandos ac trucidandos, ſi ultra definitum tempus remanerent, ſolutis. Terminus is ab adverſariis acceleratus, multis inopinatò accidit: in conſtitutione namque anni 1658, triennii ipſis ad bona divendenda conceſſum erat tempus. Verùm nec id miſeris pacatè licuit tranſigere: ſed uno anno demto, exilium eorum maturarunt. Multi itaque vix quidnam pro poſſeſſionibus boniſque ſuis acceperunt: alios quindecima, vigeſima, alios pretii quo conſtabant parte, alios denique nuda ſpe & promiſſo ſolvendi, contentos eſſe oportuit. Multi, nullo modo poſſeſſiones ſuas vendere potuêre: incolis haud ignaris pro eis hæc remanſura. Wiſſowatii porrò noſtri ſerioribus tunc intenti atque diſtracti, villam mapaliaque (ut & nonnullorum aliorum) miles à Rege impetrata, occupavit atque poſſedit. Simul etiam aliarum, quæ hæreditario ad eum jure devolvebantur, nec non pecuniarum quas à debitoribus impoſſibile tunc erat repetere, haud levem fecit jacturam, His itaque patriæ, ſibi verò bona conſcientia meliorumque bonorum ſpe relictis, cum eodem animo præditis viris, Poloniâ excedit. Pelluntur igitur atque diſperguntur, tot egregii cives, multique de patriâ optimè meriti, ac clariſſimis quibuſvis proſapiis ſanguine innexi, caro è carne, & os ex oſſibus Reipublicæ: nunc bonis honoreque ſpoliati, ac ceu capite diminuti, & non tantum infra plebejos, verùm & infra Judæos ac Mahome-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tanos (quibus in Polonia liberè degere licet) re-
. Multi tunc tanquam benè re curata, gaude-
atque exultabant, felix poſt Arianorum diſ-
n regnum fore augurantes. Alii commiſeratione
, miſeris opem ferre non audebant; majori
exules pœnæ ſe obnoxios fore ſcientes. Illis enim ad
ana ſacra accedentibus (ut à non paucis factum) ho-
oſſeſſionesque reſtituebantur: porrò his, Arianis
riſſe, aut ſaltem commercium cum eis habuiſſe con-
, inevitabili bonorum confiscatione culpa luenda e-
nec ulli remedio locus remanebat. Pars itaque (quo
que commode ſe proripere, vitamque periculis ſub-
e potuit) Boruſſiam, pars Marchiam Brandeburgicam,
am alii, alii demque Tranſylvaniam, Hungariamque
e. Verùm hos poſtremos (quamvis & aliis ſua incom-
haud defuêre) nova obruit calamitas. Vix enim, Car-
is montibus trajectis in Maramoroſienſem Regni
garici Comitatum, ſub Illuſtris Comitis Franciſci Ra-
rotectione commoraturi, pervenerant; & ecce à Cæ-
no milite (occultis ut ferebatur, è Polonia à male-
, nunciis ac ſtimulis incitato) miſeri exules, quorum
gentorum amplius erat numerus, viatico ſimul & bo-
mnibus, (quæ velut è mediis flammis è patriâ eri-
unt) veſtibusque ad nuditatem uſque, miſerando ſpo-
ur modo.

rrò Wiſſowatius noſter, præmonitus multos eſſe qui
ſidiarentur, terminum præfixum antevertit, atque
æ limina linquens, in Sileſiam cum ſuis ſe contulit.
per ſemeſtre commoratus eſt, tempusque ſacra cum
ibus qui eodem conceſſerant, peragendo trivit. Hinc
hyemem, motibus aliquatenus ſedatis, remeavit in
am: in qua nonnulli adhuc fratrum ac ſororum, præ-
n verò viduæ ac orphani, quibus ſumtus ad migrandum
ſuppetebat, remanſerant: miſeros pro virili conſiliis
isque adjuturus. Audito adventu ipſius, non pauci è
ris ſuis ad eum confluxêre, quibus etiam quo ad illic
ſit munia ſua obeundo miniſtravit.

yeme hoc pacto in patriâ, media inter ipſi imminentia
imina tranſacta, cùm militibus è ſtationibus ſe moven-
tibus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tibus, magis turbulentum inſtaret tempus, conſilio fra-trum anno 1661 iterum patriâ excedit: monteſque Carpathios periculi ac incommodi plenos tranſgreſſus, in Hungariam Cæſareopolin (incolis *Keszmark*) oppidum in Scepuſienſi Comitatu ſitum, cujus Toparcha Illuſtris Comes Stephanus Tekeli erat, ab aliquot fratrum deductus eſt. Illic æſtatem tranſegit apud veterem amicum Johannem Paterſonium inſignem medicinæ doctorem, qui eodem ob eandem cauſam, Poloniæ vale dicto, commigraverat. Hinc hyeme inſtante rurſum in patriam excurrit: fratres qui in ea adhuc latebant, præſertim verò nonnullas pias matronas, quorum mariti apoſtatæ erant, officii admoniturus, atque in religione confirmaturus.

Sequenti 1662. anno, verè novo, novisque ingruentibus incommodis, rurſum amicorum conſulto patriæ limina liquit, atque iterum Carpathiis montibus ſuperatis Cæſareopolin remeavit. Ibidem per totum hæſit annum: nulla enim jam ſpes affulgebat aliquid boni in Polonia efficiendi. Eo namque adverſariorum ardor jam proceſſerat, ut & maritos qui ad ipſos defecerant, uxores autem priſtinæ tenaces habebant religionis, in jus raperent mulctasque eis irrogarent, ideo quod Arianis conjugibus cohabitarent. Interim tamen & in Hungaria minimè otiabatur: verùm, tum ſacra cum his qui illic præſentes aderant, ad eum ve excurrebant, peragendo; tum ſcripta nonnulla in amicorum gratiam communemque uſum, nec non epiſtolas admonitorias ad diſperſos exules, exarando; tempus terebat. Attamen non habens illic talem prout optabat, divinæ gloriæ promovendæ commoditatem; animo quorſum ſe conferret volutabat. Vicina Tranſylvania (quamvis incommodis ſuis haud careret) religionis cui ipſe addictus erat, præ cæteris regionibus libertate florebat. In ea namque Principes (more à Johannis Sigiſmundi temporibus recepto) juramento ſancire ſolent; ſe, Reformatorum, Unitariorum, Saxonum Auguſtanæ confeſſioni addictorum, & Romano-Catholicorum, religionis immunitatem conſervaturos. Ex his Unitarii, Claudiopoli (cujus civitatis athenæique gubernacula tenent) atque in Siculorum Comitatu, inprimis eminent: in ipſa quoque Hungaria, præ-

ſertim

ſerma in Barovienſi Comitatu, haud paucas numerant ec-
cleſias. Jamque hujus rei gratia, cœperat Hungaricam
addiſcere linguam, ſi forte accideret ut ei à fratribus pro-
vincia hæc demandaretur. Hæc agitantem, nuncius à fra-
tribus deprehendit, quo Cruciburgum in Sileſiam, ad Sy-
nodum ad primam diem Martii, anni 1663. indictam,
arceſſebatur. Accingit ſe properè itineri, atque per Polo-
niam via periculis ſcatente emenſa, coram fratribus ſe ſiſtit.
In hac Synodo decernitur, Wiſſowatium unà cum Joachimo
Stegmanno juniore, in Palatinatum Rheni delegendos: in qua
regione laudatiſſimus principum Elector comes Palatinus
Rheni, exulum miſeratus labores, in nova reſtaurata co-
lonia Manheimo, ſub patrocinii ſui alis, commorandi i-
pſis conceſſerat locum. Committit igitur ſe itineri cum
germano ſuo Theodoro ac memorato Stegmanno eorum-
que familiis, atque per Luſatiam, Miſniam, Thuringi-
am, Haſſiam, Naſſoviam, Wetteraviam, Franconiam, aliaſ-
que Germaniæ regiones in Palatinatum proficiſcitur. Haud
detrectavit & in itinere hoc, inprimis verò in primariis quæ
non paucæ ei adeundæ erant civitatibus, religionis quam
profitebatur reddere rationem, eamque aliis inſtillare,
non diſſimulata ob quam patriæ limina linqueret cau-
ſa.

Tandem variis moleſtiis periculiſque exantlatis, eodem
illo 1663 anno, Manheimum ad confluentem Rheni &
Nicari fluviorum ſitum oppidum, allabuntur. Atque
hic ſub benigniſſimi quem memoravimus Principis prote-
ctione, triennium haud infeliciter exegere. In propriis æ-
dibus, conciones ſacras, juventutis examina, diſ-
ciplinam eccleſiaſticam, nec non ſacri baptiſmi, pa-
nisque ſacri fractionis ritus, aliaque religionis exercitia,
more ſuo celebrabant. Nec tantum domeſticis parietibus
coërceri contenti fuêre, ſed omni niſu in id incumbebant, ut
ſacra eorum ulterius promulgarentur. Haud parum hac
in re conferebat, Sereniſſimi Electoris quo Wiſſowatium
proſequebatur favor: qui crebro, vel eum in palatia ſua
arceſſendo, vel ipſe tectum ejus cum aulicis ſuis ſubeundo;
familiaria cum eo, præſertim de religione, miſcebat col-
loquia. Verùm non tam feliciter, ſimilia colloquia, cum

ſubditis hujus Domini ſucceſſere. Poſtquam enim, tùm ore, tum ſcriptis, librisque huc illuc ſparſis, nonnullos in religione ſua vacillare feciſſent, citantur Heidelbergam, ad comparendum coram Cancellaria Electorali. Illic injungitur eis; ne poſthac cum quoquam Electoris ſubdito (cui legi tamen Princeps ipſe non ſubjacebat) de religione colloquantur, neve ullum de ea agentem libellum cuiquam legendum tradant. Hoc pacto religionis eorum propagationis libertate reſtricta, cernentes ſe propoſitum quod habuerant aſſequi haud poſſe, bello præſertim Lotharingico, peſteque (quæ magnam incolarum hauſit partem) graſſante; communicatis cum collegis ſuis conſiliis, migrandum inde decrevêre. Fratres quidem reliqui cupiebant, ut ad eos tenderent, diſperſis exulibus miniſtraturi: quorum nonnulli in Boruſſia Marchiaque, ſub patrocinii glorioſiſſimi Principum Electoris Brandeburgici alis; alii in Sileſia, Celſiſſimorum Lignicenſium & Bregenſium Ducum protectione gaudentes; alii alibi commorabantur. Verum Wiſſowatius noſter, animum potius applicuit ad conferendum ſe in pridem à ſe adamatam Bataviam: perſæpè cùm dictis tum ſcriptis prodere ſolitus; *Deum illic quietas oſtendere ſedes*. Solvit itaque cum ſuis Manheimio Rheno flumine, multasque celebres Germaniæ urbes prætervectus (nec in hoc itinere veritatis propugnandæ propagandæque præterlabi ſinens occaſiones) Amſtelædamum, libertate rectorumque prudentiâ inclytam civitatem, florentiſſimumque non tantum Bataviæ, ſed & totius orbis emporium, anno *1666* appulit. Atque hic poſt tot tantosque ut vidimus labores, velut in exoptato portu reſpiravit. Neque tamen & illic nihil agendo tempus conſumſit: verùm & hic curæ laborisque ſui reliquit veſtigia. Invenerat & ibi non paucos veritatis amatores ac promotores, incideratque in tempus quo publici juris fiebant, fratrum Polonicorum qui Unitarii appellari amant, in unum collecta ſcripta. Huic operi & Wiſſowatius noſter operam ſuam navavit, atque in memoratis libris adornandis corrigendisque ſtrenuè deſudavit. Ibidem nonnulla, tam didactica quam exegetica, concinnavit ſcripta: inter quæ commentarii in S S. Apoſtolorum Actus, atque in SS: Jacobi & Judæ epiſtolas fuère,

re,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

r, quos amicis flagitantibus dictis operibus inſertos, in lem emitti curavit, nomine tamen ſuo non præfixo, a gria namque quærenda erat alieniſſimus. Vitæ reliquum, ſcientia ſua aliis inſtillanda impendebat: ſuſceptis nonnlis præſtantis animi juvenibus, bonis artibus imbuendi gtiâ.

Hic jam tanquam in termino curſus laborumque, Wiſſowium poſt tot tantasque peregrinationes, in Bataviam ductum ſtitimus. In qua prout ipſe fateri ſolebat, prout nquam antehac in vita ſua, pacatè requievit: tutius in io quam in patriâ degens, propinquisque ac conſanguin relictis, amicos complures nactus, qui eum auxiliis cſiliisque ſuis juvêre, quorum quotidiana converſatione us animum recreabat.

Quietem hanc, major excepit, à cunctis ſcilicet laboris liberatio, atque in meliorem ex hac vita migratio: q etiam pacatè accidit, levemque morbum, placida ſeqta eſt mors. Dies erat decima ſeptima Junii, anni ſup milleſimum ſexcenteſimum ſeptuageſimi octavi; qua leioni librorum more ſolito incumbentem paralyſis comvit, quæ tamen ipſum non protinus confecit, Dei namq gratiâ, conjugisque vigilantiâ, recollectis viribus ad ſediit: dextrum tamen latus (hac enim parte paralyſi us erat) haud leviter debilitatum fuit. Hinc febricula ſerveniente vires ſuas magis ac magis minui ſenſit, ita neceſſe habuerit procumbere. Tandem poſtquam duab hebdomadis lecto affixus jacuiſſet, judicio memoriaq plena, maximè verò (mortis formidine fugata) firn futuri boni ſpe ad extremum uſque præditus, die vigeſa nona Julii, peregrinationis ſuæ dies (qui mali fuêre) ſitu Creatori Redemtorique ſuo commendato, finiit. Sſuentis menſis Auguſti die ſecunda, exuviæ ejus deponitur, miſerumque ac curis & incommodis exhauſtum cpuſculum, in quo magnus ille animus tanquam hoſpes aos ſeptuaginta commoratus eſt, terræ mandatur. Neqquam enim totus periit, vivit namque ejus poſt funera vus, parteque meliore ſui viget ac vigebit, famaque vin bonorum (quibus multis flebilis occidit) memoriâ, aue in ipſius monumentis (quanquam non multa reliquerit,

rit, plura namque legebat quam ſcribebat) nunquam e-moritura permanebit. Inter ſcripta ex ineditis, maximi duxit, breves quidem, haud levis tamen ponderis fœtus, quos emendaturus ſi licuiſſet erat. Horum alteri *Religionis rationalis*, alteri *Stimulorum virtutum frænorumque peccatorum* titulus. Atque hi tractatus, ut præ cæteris lucubrationibus ſuis, in lucem emitterentur, morti vicinus deſideravit: ſperans hæc nonnihil mortalibus conferre poſſe, ad vera noſcenda, bonaque facienda. Hæc etenim jugiter pro ſumma omnium rerum ducebat; & prout ipſe in id omnibus incumbebat viribus, ita & aliis idem in animum inducere ſatagebat. Inter cæteros vero filio natu minimo (quem majoribus vita functis, ſolum ſuperſtitem reliquit) inter ultimas admonitiones, hanc moriturus dedit; *Prout* (fatur) *me feciſſe vidiſti ô puer! tu quoque, ſemper, quod verum atque bonum cura, & roga, & omnis in hoc ſis.* Atque hæc hiſque ſimilia, præcipua fuêre, quæ adſtantibus ſeque inviſentibus inculcabat, charitatem concordiamque inprimis commendans, tam diu donec vitam ſimul cum voce amitteret: bono certamine peracto, deſideratam attingens metam: tam ætatis, quam malorum ſatur.

Sequenti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo & nono, conjux Wiſſowatii noſtri, Alexandra Rupnovia annos quinquaginta & ſex nata, maritum quo orbata acerbam ducebat vitam, ſequuta eſt anno: poſtquam morbo laborans, per idem ferè quo ille temporis ſpatium, lecto affixa decubuiſſet. Ad extremum mentis memoriæque compos, ac ſtabilem vitæ melioris ſpem habens, die 23 Novembris, animam Summo commendatam Numini exhalavit: ejusdemque menſis 27 die, juxta maritum ſita quieſcit. Laudibus ejus (inter quas haud poſtrema cenſeri poteſt, quod Alexandræ ad exitum uſque haud fruſtra geſſerit nomen) immorari non vacat: hanc unam tantum, quam ipſa pro maxima ſemper duxit, verbo innuiſſe ſufficiat; *Quod Andreæ Wiſſowatii dilecta fuerit conjux.* Fortunati ambo! ſi vera eſt, propter quam tam multa mala paſſi ſunt, religio; ſin falſa omnium mortalium infeliciſſimi: hoc enim miſerè toleratæ vitæ conſummatio: illud verò laborum terminus, & ad meliorem vitam tranſitus, ipſis extitiſſet.

Atque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Atque ſic virum hunc, per actorum ipſius orbem, à primis ad metam uſque deduximus cunabulis, vitæque ipſius narravimus annales: ex cujus quæ memoravimus factis, eximia animi ejus facile elucent ornamenta. Corporis enim, quas ipſe dum vixit nunquam effingere permiſit minus neceſſe ducimus delineare dotes.

Hærent etiam in multorum adhuc recenti memoria, venerandæ ipſius faciei (curis annisque haud parùm exhauſtæ) impreſſa veſtigia. Hæc igitur quæ cum corpore depoſuit, ſeponentes; altius aſcendamus, animique ipſius virtutes paulo penitius contemplemur, in memoriam jam dicta ſtrictim revocando, ex quibus omnium virtutum haud difficiliter colligi poteſt exemplar.

Et primùm quidem fundamentum bonum firmumque jecerat, recti nimirum amorem, propenſumque ad verum ſciendum & bonum faciendum ſemper gerebat animum: atque ad ultimum cunctarum actionum cóllinans ſcopum, cuncta eo conferentia ſcrutabatur, bonum ſemper retinendo. Qua in re ne in erroris ſcopulos impingeret, prudentiæ ſcientiæque quas (divino dono eis præditus) virtuti ſuperaddiderat, fax ei prælucebat: viſumque corporis myopem ac debilem, animi perſpicacitas prudentiaque (virtutum genitrix) compenſabat: quam tamen modeſtia ſemper moderabatur. Religionem, quam veram eſſe duxit, amplexatus Deum, Chriſtumque ejus, ex legis ipſorum præſcripto pura coluit mente, carnalibus poſthabitis rationibus: quod tota ipſius inter perpeſſiones perſecutionesque tolerata teſtatur vita. Fiduciam in Deo firmam collocans, ac promiſſis ejus credens, ſpem futuri boni perpetuò immobilem geſſit. Ideoque curabat, ut inculpatam coram Deo hominibusque haberet conſcientiam: potiusque bona ſua, bonamque viri fàmam, quam hanc amittere maluit. Nec [illegible]ra pura de divinis (quæ magno ipſi conſtitit) præditus fuit notitiâ: ſed fidem ſpemque immotam ac ſtabilem habebat, ſecundum ea quæ ſciebat faciendo, charitatem his ſuperſtruebat, & à Summi Numinis amore omnia acta ſua exordiebatur. In precibus quotidianis aſſiduus, in concionibus admonitionibusque vigilans ac fervens, (qua in re eloquentia qua pollebat haud parum eum adjuvabat) in diſputationi-

tationibus religionis ergo ſtrenuus, ad omnia ad Dei gloriam ſpectantia ſemper paratus. Nec difficilius ac dicta, ex actis ejus perſpicitur juſtitia ergaque proximos charitas, quæ pietatem amoremque Dei jugiter comitabatur. Parentibus officia, patriæ fidem, magiſtratui honorem, propinquis amorem, eccleſiæ obedientiam, legibus obſervantiam, miſeriſque opem, ſemper debitam exhibuit: cunctis prout ſibi fieri cuperet, ſimiliter faciens. Jam vero, pietati Deo, juſtitiæque proximo debitæ, temperantiam, à mundo (cupiditates ejus fugiendo) incontaminatum ſe præſtans, ſociabat. A voluptatibus carnis illicitis prorſus abhorrebat: in licitis moderatè ſe gerebat; ſobriè ac caſtè vitam ducendo. Oculorum cupiditas, non magis apud eum locum habuit: & quanquam lautiore uti potuiſſet conditione, gloriam divinam terrenis prætulit bonis, ſorteque ſua contentus vixit: atque patriâ ejectus, poſſeſſionum haud gravi tulit jacturam animo, ſpem melioris habens theſauri. Porrò ex eo quod Dei habuit gratiâ, ſemper egentibus pro viribus erogabat. De craſtino nunquam ſollicitus fuit: crebro ipſi cùm jam ad incitas redactus videretur, inſperato ope ſuperveniente. Faſtum ambitionemque cum internum tum externum longè fugiebat: veſtium enim ædiumque ſplendorem minimè curabat; porrò elatus animus prorſus apud eum exulabat. Et quanquam ipſi haud defuerint talia, quibus hujus mundi homines gloriari ſolent, nequaquam tamen ſe ſupra alios extollebat. Quamvis verò honorem non quæreret, apud magnos tamen in magna fuit æſtimatione: cunctis bonis gratus & acceptus; qui memoriam ejus, & poſt obitum, grata recolunt mente. Sublimes illas humilitatem modeſtiamque, præ reliquis coluit virtutibus: omnique tempore tum erga inferiores quam ſuperiores, comes præſtitit mores. Temperantiæ, fortitudinem patientiamque (quarum ad abundantiam uſque vidimus exempla) ſuperſtruxerat: abſtinendoque ab illicitis, adverſa forti ſuſtinebat animo. In bono propoſito (à quo nec adverſis, nec ſecundis, avelli ſe patiebatur) jugiter conſtantem præſtitit animum. In quibus cum errare contigit, (homo enim fuit, nec caruit lapſibus) nequaquam contumax pervicaxque extitit: ſed ſemper moni-

tus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

us meliora ſequebatur. Tandem ad hoc omnium virtutum magnanimitatis, noſter Andreas pervenerat faſtigium, quod contemta ignominia, crucem ſuſtinuerit, eamque tollere, non tantum alios, ſed & ſe ipſum vincere potuerit: in quod omni cura cunctisque incumbebat viribus, memor majoris illius omni exceptione ſententiæ, quam pro Symbolo ſelectam, tum in ore, tum in corde jugiter geſtabat, qua rhapſodiam hanc claudimus; AMAT VICTORIA CURAM.

Hæc è calamo effudi, ſtylo anguſtia temporis ſeptus properante: gravi (ut noſti) luctu, aliisque obrutus occupationibus. Tu his fruêre, Virique talis memoriam, ſemper alta gere mente repoſtam.

*Amſtelædami anno à nato NATO EI, milleſimoſexcenteſimo, & octuageſimo, ineunte.*

*Tuus quem noſti.*

VIN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# VINDICIÆ
Pro
# UNITARIORUM
in POLONIA
Religionis libertate,
AB
EQUITE POLONO
conſcriptæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

# VINDICIÆ

## Pro Unitariorum in Polonia Religionis libertate,

### *Ab Equite Polono conſcriptæ.*

Legimus in veterum monumentis, pro Philoſophis, quibus impudens lingua, virulenta criminationum ſpicula infigebat, non ſolùm tacere integrum non fuiſſe, ſed etiam indecorum, imo nefas judicatum eſſe, vel minimum remittere aut ſubtrahere de acerrima defenſione illorum, qui reconditam rerum divinarum humanarumque ſcientiam, pretioſiſſimum inquam theſaurum, humano generi revelarant. Pariter & mihi perſpicienti, quî ſancta utiliſſimi fœderis à Majoribus noſtris de religione diſſidentibus Varſaviæ initi, ipſorumque juramentorum à quinque ſereniſſimis Regibus noſtris præſtitorum, & legum publicarum vincula, rumpantur, quî (proh dolor!) inter Chriſtianos fides tam ſancta vacillet; indignum prorſus viſum eſt obmuteſcere, quin potius vel veritatis cauſa, fidei & pietatis Majorum, ac innocentiæ afflictæ, apologiam ſuſcipere. Quippe libertas conſcientiarum inæſtimabile & à cœlo, datum bonum, nec ulla purpura venale vel auro; atque ſic juſtitia ut legum, ita & regnorum columen, pax æqua Rerumpublicarum œconomus & promaconda, Charitas Chriſtianæ gentis teſſera, fides & quidem jurejurando Regum & Ordinum ſancita, inconcuſſum imperii fundamentum, adeoque legum publicarum ſanctitas & ſalus publica (quæ omnia in uno iſto negotio quod aggredior concurrunt) jure ſuo patrocinium à novis bono poſtulant & facile obtinent. Illud ipſum ego in præſens ago, & hæc omnia ſumpto hæreſeos iniquo prætextu à parte prævalente, in parte infirmiore violari demonſtro, citra cujuſquam noxam offenſamve, & ad afflictorum innocentiam vindicandam. Itaque UNITARIOS qui

qui in Regno Poloniæ & M. D. Lithvaniæ ac provinciis illis annexis, * non minus quam in Tranſylvaniæ regno, UNUM DEUM PATREM, ET UNIGENITUM EIUS FILIUM JESUM CHRISTUM Dominum noſtrum, cum SPIRITU S. profitentur, & cum jure meritoque UNITARII & CHRISTIANI, à fide in Chriſtum, & per eum in Unum Deum vocari debeant; tamen præter fidei & animi ſui ſententiam, † aliis invidioſis titulis appellantur; gaudere debere pace & libertate publica, quæ fœderi Majorum & juramentis Regum Electorum ac legibus publicis innixa eſt, & ſtante illo Majorum fœdere & jurejurando, ac juſtitia æquitateque debita, ſtare Unitariorum jura: hoc inquam eſt, quod mihi idoneis documentis probandum incumbit. Ac merito quidem fidei Majorum & Regum ac innocentiæ noſtræ apologiam ago, cum iniqua illa & impotens criminatio, hoc quoque tempore, jam calamitoſo, quam gratiæ divinæ indigo, non ſileat, quin imo objiciat, id fieri nec poſſe nec debere. At vero potius antiqua illa & neceſſaria oblivionis lege reducta, Unitariis

* *Non minus quam in Tranſylvaniæ regno.* ] Princeps enim Tranſylvaniæ juramento confirmat jura Reformatorum, Unitariorum, Saxonum Auguſtanæ Confeſſioni adhærentium & Pontificiorum. Eminent Unitarii Claudiopoli & Thordæ: & habent in Tranſylvania & Siculia plures quam 200 Eccleſias.

† *Aliis invidioſis titulis appellantur.* ] Nempe *Anabaptiſtæ*; cum tamen baptiſmus Catechumenorum, id eſt in fide Chriſtiana inſtitutorum & Symbolum Apoſtolicum profitentium, idque per totius corporis in aquam merſationem; prout nos facimus; auctoritate Sacræ Scripturæ & veteris Eccleſiæ praxi confirmetur: & Unitarii fratres in infantia baptizatos ad iterandum baptiſmum non cogant. *Ariani*; credo ut veteribus Arianorum injuriis ulciſcendis fiat prætextus. At Ariani opinati ſunt Filium Dei ante Matrem imo & ante Adamum & ante mundum conditum reipſa extitiſſe, ex nihilo creatum eſſe, Patribus & Prophetis apparuiſſe, tandem incarnatum eſſe. Hæc inquam propugnarunt, Juſtinum, Irenæum, Theophilum, Tertullianum, Origenem, Dionyſium Alexandrinum, alioſque Patres, ut auctores dogmatis ſui ſecuti; quod cum fidei noſtræ confeſſione nequaquam conſentit. Imò Ariani acerrimè perſecuti ſunt Photini Epiſcopi Syrmenſis, & antiquioris eo Pauli Samoſateni Epiſcopi Antiochiæ diſcipulos, qui primorum Chriſtianorum, Nazaræorum, Ebionitarum, Theodoti Byzantini, Artemonis aliorumque primo & ſecundo ſeculo viventium fidem retinentes, primævam veritatem uſſerunt, quam & nos confitemur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

caris modeſtis & quietis publicæ ſtudioſis civibus, promittenda eſſet æquabilis pacis & libertatis, omni meliori modo certæ & munitæ, ſtricta & accurata, qualem à Majoribus experti ſunt, obſervatio: nihilque præſenti patriæ, communis ſtatui magis accommodum foret, quam ſi mutua concordia in civilibus, tolerantia in ſacris, poſtliminio revocaretur, & in commune conſuleretur. Alioqui non Majorum, non Noſtrum omnium, non tot Regum fides, non Regum majeſtas, non pax communis, non libertas æqualitas, non æquitas, non Reſpublica ſtabit. Prævidebant hæc perjurii, & preſſuræ mentium mala, Majores noſtrum omnium communes, quos Galliarum & vicinarum Germaniarum calamitates, ex bellis ſacris ortæ, ac florentiſſima imperia concutientes, cuncta ferro, flammis cruore, cinere, vaſtitate, & ejulatu implentes, cautos & æquos reddiderunt. Mortuo enim Auguſto Rege, Jagellonidarum ultimo, cum accederent ad liberiorem, omniſque juris hæreditarii exortem electionem, (quæ uſque in Gallias ſacro bello ardentes provolans, Henricum Valeſium, cui habenas imperii deferret, invenit:) generali fœdere Varſaviæ inito, Anno ſalutis 1573, die 28 Januarii, hoc ante omnia caverunt; ut in æquali Republica non obſtante ſententiarum fidei diverſitate, æqualis pax & libertas, æternum inconcuſſa ſervaretur. Placet verba ipſa ex corpore legum Polonicarum deprompta, & Latino ſermone donata, inſerere. *Hoc præcipue nobis Rex electus juramento confirmabit, pacem publicam; inter ſciſſos & diviſos in fide & religione conſervare, & mox: Cum autem in Republica noſtra, ſit non exiguum in cauſa Religionis Chriſtianæ diſſidium, occurrendo huic rei, ne ex iſta cauſa, inter homines oriatur aliqua noxia ſeditio, quam in aliis Regnis clare videmus: ſpondemus hoc nobis invicem pro nobis & ſucceſſoribus noſtris, in perpetuum, ſub vinculo juramenti, fide, honore, & conſcientiis noſtris, quod nos qui ſumus diſſidentes de religione, pacem inter nos conſervabimus & propter diverſam fidei & differentiam in Eccleſiis, ſanguinem non profundemus, neque nos pœnis afficiemus, veluti confiſcatione bonorum, infamia, carceribus, & exilio, neque magiſtratum ullum vel aliquem ad tale facinus ullo modo juvabimus: Imo verò ſi quis ſan-*

*ſanguinem ex iſta cauſa effundere velit, huic nos omnes vires noſtras opponere tenebimur, etiamſi prætextu decreti vel proceſſus alicujus juridici hoc facere velit.* Addita eſt & clauſula iſta: *Hæc omnia ſpondemus nobis mutuo pro poſteritate noſtra, ſervare conſtanter & tenere, ſub fide, honore & conſcientiis noſtris. Qui vero huic conventioni adverſari, pacem & ordinem publicum deſtruere voluerit, contra talem omnes conſurgemus in ejus deſtructionem.* Hic eſt ille Syncretiſmus Majorum, hic fœderis nexus, hæc conſervandorum in æquabili pace ac libertate, & retinendorum in officio civium de religione diſſidentium ratio unicè neceſſaria, ritè, providenter & opportunè ab omnibus Ordinibus inita. Non diffiteor equidem hanc legem, licet unanimi conſenſu & applauſu Ordinum Politicorum, tempore & loco ac modo debito latam, ut nova ſuſpicioni ſemper ſunt obnoxia, non eſſe * à ſacro ordine & Maſoviis admiſſam & approbatam. Sed conſenſui Ordinum acceſſit tunc Franciſcus Craſſinius Epiſcopus Cracovienſis, qui fœdus illud, quod, Reipublicæ ſummè neceſſarium eſſe viderat, ſubſcriptione ſua firmare non dubitavit. Quâ in re Petrus Myſcovius veſtigiis ejus inſtitit, & dum ſecundi interregni tempore Anno 1586, fœderi Ordinum Cracovienſi, cui articulus ille de pace inter diſſidentes de religione ſervanda bis inſertus erat, ſubſcripſit; Craſſinium ut Pontificatu Cracovienſi, ita & hac æquitate animique benevolentia erga diſſidentes ab ſua Eccleſia, imò erga pacem publicam retulit: ut & Laurentius Goſlicius Epiſcopus Camenecenſis, Nominatus Chelmenſis, anno ſequente ſubſcripſit generali omnium Poloniæ & Lithvaniæ Ordinum fœderi Varſaviæ die 7. Martii in Generali Conventione per Archiepiſcopum Primatem factâ, inito ac publico conſenſu omnium ordinum conſcripto, quo & illud fœdus diſſidentium Varſavienſe Anni 1573, & articulus pacis juramentis

* *à Sacro ordine & Maſoviis.* ] Pontifices & Maſovitæ irreconciliabiles diſſidentium ab Eccleſia Romana hoſtes, ſemper excipiunt & proteſtantur contra Græcorum, Evangelicorum, & Unitariorum jura Verum tamen libertas Antipontificiorum recto ſtat talo, & innititur ſolidis fundamentis, quæ Exceptiones & Proteſtationes Cleri & Maſoviorum convellere non poſſunt.

menti Regum ſancitius, approbatus eſt. At vero illud eſt majus m utilem & neceſſariam Reipublicæ legem ab ordinibus politicis fœdus avitum redintegrantibus, identidem approbatam eſſe: puta Anno 1586. 27. Decemb. & 87. 7. Maii, 8. Maji, & iterum alibi 9. Maji, & 19. Aug. & 8. Octob. & Anno 1632. inter hæc & juramentis Regum ſancitam eſſe ter hac concepta formula; *Pacem & tranquillitatem inter diſſidentes de religione tuebor, manu tenebo, nec ullo modo vel jurisdictione noſtra, vel officiorum noſtrorum & Statuum quorumvis auctoritate quempiam affici opprimique cauſa religionis permittam, nec ipſe afficiam, nec opprimam*, uti legitur in Cod. ll. Polon. p. 226. 227. Atque hoc juramentum Electi Reges Poloniæ ſæpius ad tanto majorem fidem perpetuæ legi conciliandam, circa electionis & coronationis actus præſtiterunt, & hanc ſanctionem pacis conventæ approbarunt: ut Henricus Lutetiæ Anno 1573. 10. Sept. acriter eum initio reluctantem compellante Joanne Zborowio, Capitaneo Odolanovienſi, uno ex Oratoribus, (*Si non jurabis, non regnabis*) & Cracoviæ in conventu Coronationis Anno 1574. d. 21. Febr. Stephanus Meggieſii Anno 1576. 8. Febr. datis aliquot diplomatibus, & Cracoviæ in conventu Coronationis die 4. Maji præſentibus quatuor Epiſcopis. Sigiſmundus III. in confirmatione pactorum conventorum, inter ordines Poloniæ & Oratores Sueciæ penes Varſaviam in Comitiis Anno 1587. 19. Aug. facta, Cracoviæ in conventu Coronationis die 28. Decemb. ejusdem anni, tum in receſſu Comitiorum Coronationis Cracoviæ Anno 1588. 30. Januarii, & paulò ante nempe die 1. Januar. in deplomate omnia jura confirmante præſentibus Archiepiſcopo Primate & quinque Epiſcopis, ac multis Senatoribus, Proceribus ac Equitibus diverſa officia per regnum & varias ejus Satrapias gerentibus, & provinciarum delegatis. Vladiſlaus quoque aliquoties Anno 1632. menſe Novemb. & 1633. menſe Febr. ut & Sereniſſimus Rex ſuperſtes Joannes Caſimirus Anno 1648. & 49. more patrio circa electionem & coronationem. Tacebo verò hanc legem pacis inter diſſidentes de religione ſervandæ, lege comitiali aliquoties approbatam & ſtabilitam eſſe, nempe Cracoviæ Anno 1576. 30. Maji, 1587. 28. Decemb.

Anno

Anno 1631. & 33. His de cauſis ſine violatione legis fundamentalis, fidei publicæ, æqualitatis & juſtæ libertatis, pacis communis & Sacramenti ac conſcientiæ tot Regum, tam fœdus diſſidentium, quam articulus de pace inter eos ſervanda, violari non potuit. Quod ſi ut par erat obſervatum fuiſſet, non rebellaſſent Coſaci, non perduxiſſent in viſcera regni ſocios Tartaros & Moſcos, cum tot dolendis exercituum Polonicorum & Litvanicorum cladibus, & provinciarum infandis calamitatibus, non pertraxiſſent ad ſe omnes * Ruthenos fidei vindicandæ obtentu: verbo dicam, non accerſiviſſemus nobis bellum Coſacicum ſentinam malorum, vel ſaltem illud nobis æternam labem & irreparabilia damna non attuliſſet. Jam fateamur, neceſſe eſt,

*Fregimus leges, rapuere venti Robur invictum:*
*Exul hoc nobis peperit nefandum Æquitas probrum.*

Hæ decennales & acerbiſſimæ calamitates, quæ juſto judicio divino in nos conſpirarunt, doceant patriam, omnem fidei violationem & ſolutionem conſcientiæ, non tantum privatim ſed & publicè eſſe nocivam. Tot nocumenta poſteris exemplo futura, fiant noſtra documenta. Non poteſt ulla ratione tertii in Decalogo præcepti, ac divinorum oraculorum fides cum tam impudente in perniciem generis humani & convulſionem ſocietatis civilis inventa nuper perfidia (quæ ſe umbone illo Conſtantienſis decreti, *Hæreticis non eſſe ſervandam fidem*: tegit) conſiſtere, non poteſt hæc impunita abire. Hinc tot obvia ſunt exempla eorum, qui cum fidem etiam Turcis vel Gentilibus, quales olim Gabaonitæ & Babilonii fuêre, datam fregerint, exitium ſibi & ſuis acceleravere. Cujus rei & ad Varnam Vladiſlai Regis noxio Pontificum conſilio obſecundantis,

* *Non pertraxiſſent ad ſe omnes Ruthenos.*] Omnes enim Eccleſias Ruthenorum, quæ veteres Græcorum ritus retinent, & Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubſunt, per ſummam vim & injuriam Pontificii invaſerunt, violarunt, & Romano Pontifici ſubjecerunt, ac Unitas ſc. Eccleſiæ Romanæ vocarunt. Factum id ubique fruſtra reclamantibus & vim ſibi inferri querentibus Ruthenis: qui ideo Coſacis, ob violata ſua jura & mutatam antiquam civilis regiminis formam bellum contra Polonos inchoantibus, facilè ſe adjunxerunt, ut ita communi ſtudio libertatem ſuam avitam, Eccleſiaſticam & Civilem. vindicarent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tri & Polonorum nunquam non dolendam cladem, illuſtre & domeſticum exemplum habemus. Certè ipſi veteres Eccleſiæ Doctores, Ambroſius Lib. 2, & 3 de officiis, Auguſtinus quæſt. 13 & 14. in Joſue, Lyranus in Joſue, aliique, fidem etiam perfidis præſtandam eſſe docent. Non eſt conveniens Principi, ut cum aliquo barbaro & infideli dicere ſuſtineat, *Lingua iuravi mentem iniuratam gero. vel, an neſciebatis linguam mihi non eſſe oſſeam?* Quid enim reſtat Principi, ſi fidem quæ intemerata ſervanda & colenda eſt ſi conſcientiam, quæ diligentius quam pupilla oculi cuſtodienda eſt, violare audet? Ergo ſi vel Turcis & Gentilibus, non tantum hæreticis & ſchiſmaticis fidem de pace ſervanda dediſſent & juraſſent Majores & tot Reges noſtri, ſervanda tamen erat, nec erant diſſidentes ab Eccleſia Romana & Græci & Evangelici & Unitarii tot injuriis contrà tot fœdera & juramenta & leges afficiendi. Et certè pulchrum eſt, & Deo ac hominibus probis & prudentibus gratum, cum ſubjecti, licet natione, moribus, lingua, habitu, regione diverſi, animorum tamen concordia, libertate communi, æqualitate neceſſaria gaudent, in uno ſolo, ſub uno & cœlo & ſole & Rege quieti & æquabilem in ſe Principis gratiam experti degunt, communibus bonis fruuntur, pari jure ſine diſcrimine retinentur, pariterque communia mala patiuntur vel propulſant! Quis autem eſt, quem lateat è contrario ſummam injuſtitiam eſſe, ſi Princeps ſubjectos pari jure & libertate, præſertim in libera Republica, gaudere nolit, & omnes quidem communia onera æque portare, nonnullos verò tantum communibus bonis frui velit. Hac ratione alienantur animi nobilitatis & à Rege & à Repub: ſi ille non Patrem ſed vitricum, hæc non matrem ſed novercam agat. Et nonne tam rationi congruit, quam publicæ rei eſt ſalutare, cives à civibus dogmatis fidei disjunctos, ne ſe invicem vexent & opprimant, Remque publicam inteſtinis civilibus motibusque non tantum concutiant, ſed lacerent & evertant, tenaci tolerantiæ glutine conjungere? Nonne etiam æquitati eſt conſonum, ut præter communis patriæ & obedientiæ vincula, ſanguinis, affinitatis, & amicitiæ vinculis obſtricti, mutuò ſe ament, tolerent, ſynceram con-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

concordiam inter ſe retineant, æquabili libertate gaudeant, licet ſententiis in fide & conſequenter conſcientiis (quibus ſoli Deo quilibet obligatur) diſcrepent? Pietas demum, nonne hoc vel maxime exigit? Quid enim magis ſacra pagina novi fœderis, quam amorem etiam inimicorum, quam concordiam, dilectionem, unicam verorum Chriſti diſcipulorum teſſeram, perfectionis vinculum, legis complementum, multorum vitiorum operculum, inculcat & commendat? Et nonne ſummus Monarcha tam exemplo quam mandato ſuo nobis ad tolerandos, non ad tollendos & eradicandos in fide à nobis diſſentientes præit? Recte igitur Rex Gothorum Theodatus olim dixit: *Cum divinitas diverſas religiones patiatur, nos non audemus unam imponere.* Jura Majeſtatis & gladii Principes à Deo, ſed non jus in conſcientias habent, nulli hoc Deus conceſſit. Jmo verò *hæc tria ſibi ſoli reliquit, in quibus nec vult, nec poteſt habere parem, creare aliquid ex nihilo, præſcire futura, & dominari conſcientiis.* Hæc enim eſt regalis ſane & digna Stephano Rege Poloniæ laudatiſſimo ſententia. Uti verò prudentiſſimè Jmperator Maximilianus II. *eos qui dominari velint conſcientiæ humanæ, ipſam cœli arcem invadere,* Henrico Valeſio Poloniâ excedenti, ita veriſſimè & Henricus ipſe decimoquinto dehinc anno in Galliis exacto, ex parricidæ Monachi ictu jam jam moriturus (cum à quibus læſus, ab iiſdem doctus fuerit) dixit, *religionem eſſe, ſingulare hominis erga Deum officium, in quod carnali brachio nihil ſit iuris.* Quapropter conſcientiarum imperium ſoli Deo conveniens ſibi arrogare & crudeliter exercere, Deo & omni æquitati valde contrarium eſt. Non jam deſcendemus in campum Theologicum, ut de fidei Catholicæ veritate certamen ineamus. Hoc tamen eſt dicendum, quod ſciri publice expedit, hunc nequaquam hæreticum eſſe dicendum, multo minus hæreſeos obtentu vexandum, vel occidendum, vel ſaltem fide & libertate publica fraudandum, qui ſymbolo Apoſtolico, ut antiquiſſimo ita veriſſimo & verè Catholico, velut unicæ Chriſtiani baptiſmi teſſeræ adhæret, illudque firmiter tenet, & prout in ſe ſonat, intelligit, imò huic ſimplici & genuinæ fidei acquieſcens, Deum orat, & ſtudet ut, *id quod in regenera-*

tionis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tionis *ſymbolo baptizatus in Patre & Filio & Spiritu S. profeſſus eſt, ſemper obtineat, Patrem ſcilicet & Filium ejus cum eo adoret, & Spiritum S. qui ex Patre per [illegible]nitum ejus eſt, promereatur*, (ut Hilarius librum S. Trinitate duodecimum concludens ait) ad hæc pietati juſtitiæ deditus eſt, publicæ quieti & ſaluti favet, magiſtratui civili paret, legibus communibus ſe ſubjicit, indictiones publicas pendit. Is inquam neque in Eccleſiaſtico neque in civili foro, pro hæretico & ſeditioſo homine habendus eſt, licet ab aliis in his vel illis quæ vel ad caput & articulos fidei fundamentales Symbolo Apoſtolico contentos non pertinent, vel diſertis ſcripturæ Canonicæ verbis [illegible]ui, vel ratione humana comprehendi non poſſunt, diſſentiat. Nam ut fidem dictis divino teſtimonio adſtruam, *Omnis qui credit Ieſum eſſe Chriſtum ex Deo natus eſt; & omnis qui diligit eum qui genuit, diligit & eum qui genitus eſt ex eo*. 1. Joan. 5. 1. Dico igitur Unitarios generali Diſſidentium de religione (quibus fœdera & jura publica ac juramenta Regum patrocinantur in Polonia) nomine includi nec poſſe illæſa veritate & charitate Chriſtiana, cum ſe fidei confeſſione verè Catholica omnibus nempe qui Chriſtiano nomine gaudent communi, hæreticis accenſeri. Nihil enim magis inculcant, quam fidem in Chriſtum Ieſum, Dei Filium, mundi Servatorem, Regem & Dominum cœleſtem, æternum Pontificem, & omnium Judicem: Symbolo Apoſtolico, quo ſolo primitiva Eccleſia contenta fuit, in omnibus adhærent: omnia in ſacris literis, quæ fidem & mores vivendi abunde docent, bona fide recipiunt, tenent, colunt, ob diverſam ſcripturæ explicationem neminem damnant, expectantes usque dum omnes à Deo plene inſtruantur, interim omnibus amorem, æquitatem, & modeſtiam ſyncerè teſtantur, & re ipſa probant, & monente Sacra Scriptura altiora ſe non quærant, ſupra ea quæ ſcripta ſunt ſapere non audent, & ea quæ omnem humanum captum excedunt, curioſâ indagine violare nolunt, ac denique legibus patriis vivere geſtiunt. Interim habeantur illi pro hæreticis ab iis qui fidei & dilectionis Chriſtianæ oblivisci audent. Non tamen propterea fi[illegible]s publica, ob eorum in fide à cæteris diſſenſum, eſt

frangenda. Sed ut ſcapham ſcapham, ligonem ligonem vocemus, fœderis & juramenti violati, ut infamia ita & periculum, quod certè eſt graviſſimum & Deum habet ſeveriſſimum vindicem metuendum eſt.

*Hoſtem qui feriet mihi erit Carthaginenſis*,

dicebat ille.ſic mihi Chriſtianus qui profitetur Symbolum Apoſtolicum,& Polonus qui Polonis parentibus natus, Eques qui nobili familia editus eſt. Ad hæc vel Unitarii cum Pontificiis, Græcis & Evangelicis de religione conſentiunt, vel ab iisdem diſſentiunt. Conſentimus profectò invicem in Symbolo Apoſtolico, ad ejus profeſſionem baptizati in nomen Patris & Filii & Spiritus Sancti. Conſentimus etiam ſi ſimpliciter ſecundum divinarum ſcripturarum verba clara & mentem,hæc ſacroſancta nomina concipimus, & vel cum Hilario credimus nos baptizatos, *in confeſſione auctoris & unigeniti & doni*, & ut vetus formula habet, *in nomen mittentis Patris, venientis Filii & teſtantis Paracleti. Tria* enim *iſta* inquit Rathbertus Paſchaſius Abbas Carbienſis, *agnoſcunt ſuas proprietates, Munus, Munerans, Muneratus: Ungens, unctus, unguentum.* Sed quia tanto myſterio explicando primævæ ſimplicitatis rudimenta ſufficere non creduntur, ideo in explicatione horum ſacroſanctorum nominum, Patris & Filii & Spiritus S. licet in ea omnes baptizemur, diſſentimus: neque tamen quenquam, qui Jeſum credat eſſe Chriſtum, imò qui credat & confiteatur Patrem & Filium & Spiritum S. hosque tres in cælo teſtantes eſſe unum, Chriſtiani appellatione privare, & ſi pie vivat ac legibus pareat, à communione Eccleſiæ & vitæ æterna, tanto minus pacis & libertatis publicæ, ac fœderis illius Varſavienſis, excludere ullo modo poſſumus. Verbo dicam: Conſentimus & diſſentimus invicem omnes, qui Chriſti nomine à fide in eam cenſemur, prout quiſque regulam fidei retinens, vel ab ea diſcedens, verum vel falſum amplexus eſt. In quibus conſentimus, horum nomine, nos mutuo vexare & inſectari extremæ impietatis foret. In quibus vero invicem diſſentimus, neque propter hæc perſecutionum ictus mutuò nobis intentare debemus. Nam noſtri Majores ſancito ſancto & perpetuo fœdere invicem ſibi caverunt, ne hoc unquam ullo prætextu ſive decreti

qua-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

( q le eſt Jagellonis Vielunenſe Anno 1424. & Auguſti Pa viienſe 1564. aliaque, quæ injuria, utpote fœdere publi , & poſteriorum Regum juramentis & diplomatibus ac ibus publicis & praxis continuæ præſcriptione antiqua- ta , mò & nunquam in actum deducta, à Pontificiis con- tra os torquentur ) ſive proceſſus alicujus juridici & pœna- rum de hæreticis ſtatutarum ( quæ Huſſitas advenas pete- bat , nunc autem ſi revocentur fratres Bohemicæ Con- feſſionis, proinde & omnes Evangelico nomine compre- he os Conſenſu Sendomirienſi conjunctos cum primis pe- tu , ſed illo ipſo fœdere abrogatæ, & abolitæ ſunt ) fiat, no ue ad conſervandam pacem mutuam omni conatu in co ientiis obligare voluerunt. Adde quod Eccleſia Ro- ma ſi Unitarios, ut vult, ex diſſidentium de Religione nu expungere & excludere poſſet, prima quidem ſpecie, tel uorum à ſe diſſidentium articulos, & ritus approba- re re autem ipſa ad opprimendos alios per noſtri ruinam te eret. Ac proinde notum eſt prudentioribus & liberta- tis ublicæ amantibus, in patria civibus, quàm prava in- te one communis libertatis oſores, velint Unitarios fœ- de publico excluſos. Nempe ut ſemper prava & nociva ne tè evagatura exempla, vel tenuem tramitem quærunt: ic ab exoſiſſima & imbecilliore parte, initium fit. Per la ; Unitariorum peti Evangelicos, crebra eaque triſtis ed uit experientia. Viderunt Majores noſtri, in diſtur- one Eccleſiarum Cracoviæ & Lublini, ea via proceſſum eſ Vidimus nos nuper Racoviâ Vilnam, Kiſſelino Ma- li s, properaſſe violatæ libertatis libidinem. Sed quid? a e audax communis libertatis oppreſſio, graſſandi viam ta, vel in Unitariis, vel in Evangelicis conſtitit. Mi- iè vero. Fixit jam in campo Pontificio pedem, fixit & t phæa. Strictum & ſummum jus reſcitis uſu, receptis eficiis, ſummarium inquam juris proceſſum per invi- m Unitariis afflictæ hæreſeos introductum: viderunt jam id ſe, ſenſerunt & accuſarunt communemque civium em implorarunt * aliquot Proceres Pontificii, ac præ eteris Paulus Grodzicius Archicamerarius Roſanenſis non

 nega-

* *Aliquot Proceres Pontificii.* ] Ipſe quoque Vice-cancellarius Re- gni Hieronymus Radziejowski,

negavit expertus ſe unà cum aliis parum provide & noxio exemplo in ſummarium illum proceſſum in negotio Racoviano, dicendo *Fiat pro una vice*, conſenſiſſe * in Generalibus Anni 1638. comitiis. Nec abludit illud à vero tunc temporis quidem Nympham Cavaleriam, quæ ex Oſſolinii Pro-cancellarii cerebro igneo velut Pallas armata ad indicendum æquabili Polonæ libertati bellum proſiluerat, teneram adhuc & à parente rubentem, ab aviti moris ſtudioſis oppreſſam & ſepultam viſam fuiſſe: ſed Parentem ejus oppreſſione & ſepultura libertatis invidia exoſiſſimæ ſibi ſectæ tecta, animum vindictæ & mutandi patrii moris cupidum ſatiaſſe. Habetis in manibus epitaphium Cavaleriæ ab antiquæ virtutis & fidei Equite (quisquis ille eſt) conſcriptum, habetis & dignum Oſſolinio reſponſum.

* *in generalibus Anni* 1638. *Comitiis.* ] Tribus verbis illud ediſſeram. aliquot ſtudioſi ſcholæ Racovianæ, per juvenilem petulantiam, in vicino agro, imaginem paſſionis Dominicæ, lapidibus fregerunt & dejecerunt Hi deprehenſi, ad comitia deducti nullam pœnam ſubierunt, ſed tota communitas per ſummarium juris proceſſum & grave præjudicium afflicta, Eccleſia & typographia & ſchola ademta, inſontes Profeſſores proſcripti, ambiguitatum pleno & iniquo decreto, omnes malevolorum libidini expoſiti. Porrò contra decretum Regium in negotio Racoviano latum, utpote libertati non tantum Unitariorum, ſed & Græcorum & Evangelicorum, imo & Pontificiorum, & legibus patriis adverſum, proteſtati ſunt Nuncii Terreſtres ſive Delegati Provinciarum, non tantum Unitarii, ſed & Evangelici & Græci, imo & Pontificii; quorum nomina appono: Januſſius Radzivil Dux in Birze & Dubinki, S. R. J. Princeps, Archicamerarius Magni Ducatus Litvaniæ &c. Delegatus Diſtrictus Vilcomirienſis. Joannes Antonius. Tyszkewic Dapifer Magni Ducatus Litvaniæ Delegatus Palatinatus Vilnenſis. Boguſlaus Comes de Leſſno Leszczynski, Palatinides Belſenſis, Delegatus Pal. Poſnanienſis Joannes Schlichting de Bucowietz Judex Terreſtris Schvovenſis, Delegatus Palat. Poſn. Sbigneus de Goray Gorayski, Delegatus Pal.. Lublinenſis. Nicolaus de Wozniki Abramowicz Capitaneus & Delegatus Starodubenſis. Petrus Kochlewski Judex Terreſtris & Delegatus Palat. Breſtenſis. Georgius Niemiritz in Czerniehow, Delegatus Pal. Kyovienſis. Georgius Dux in Cetwertyn, Delegatus Pal. volinienſis Gabriel Hulewitz in Wojutyn Delegatus Pal. Volin. Alexander Czaplic in Haliczany, Delegatus Palat. Volinienſis. Atque hæc eorum proteſtatio Actis publicis eſt inſerta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

reſponſum epitaphio illi oppoſitum, egregia hujus rei documenta. Unus idemque infans in ruinam avitæ libertatis natus, & malè oppreſſus ac ſepultus in iisdem illis comitiis revixit, & veſte Jtala exutus, Polona indutus videri volebat*, & ſic in medium admiſſus præmaturè adolevit ac per ruinam Unitariorum ad Evangelicos, ac deinde ad ipſos Pontificios premendos graſſatus eſt. Atque ex eo tempore converſum fuiſſe ut libertatis ita & totius Reipublicæ orbem videmus & adhuc ſentimus: nam eodem partu edita eſt illa belli Turcici citra conſenſum Ordinum ad experiundum abſolutum imperium moles, & hâc ſubitâ cum magna exiſtimationis & auri jacturâ, ad eandem molem excitandam & firmandam excita Coſacorum vis, quæ ſuo ordini & ſuæ religioni illatarum injuriarum memor viriumque ſuarum conſcia, inſperato arma in Rempublicam vertit & ignaros arcani duces opreſſit, ac demum ſupra propria vota eo potentiæ & audaciæ crevit. Quapropter intereſſe Græcorum, præcipuè vero Evangelicorum, ne Unitariorum jura frangantur, neve pars Pontificia in nobis maximâ laborantibus invidiâ, vexandis & perſequendis à ſe diſſidentibus aſſueſcat, & ſuam arrogantiam firmet, jam antè patrum memoriâ ſaniores animi averterunt. Et certè æquitas hoc ſuadet & pacis publicæ ac ſocietatis civilis conſervandæ ratio, ut populares invicem vel conſentiant vel ſe tolerent, & omni benevolentiæ ac officiorum genere proſequantur, ſeduloque provideant, ne pars prævalens (quæcunque tandem illa fuerit) debiliores opprimat. Ita in Tranſylvania, in qua prædominantur Reformati, infirmiores Auguſtani & Pontificii cum Unitariis citra ullum religionis periculum concordant, & ſimul dant operam ne à Reformatis opprimantur, eodem concordiæ medio Auguſtani cum Remonſtrantibus in Hollandia ſe tutantur, nec eſt ulla alia in tali Republica, in qua tam plures religiones dantur, ſalutis conſervandæ ratio, quam ut pars potentior concordia infirmiorum coërceatur. Atque in eo ne minimum quidem pars debilior peccat. Quin imò, ut dicam id quod res eſt, intereſt partis validioris, ut intra terminos æquitatis retineatur, alioqui per impotentiam ad effrænis & confuſæ licentiæ ſcopulos al-

lidat neceſſe eſt. Quis autem non videat vel in ſolius Poloniæ exemplo, nullam Rempublicam adeò eſſe validam, ut non illi à viliſſimis ſervis, injuria & opportunitate excitis, periculum metuendum ſit? Optima igitur civitatis ſervandæ ratio hæc eſt, ut quivis jure ſuo vel à majoribus relicto, vel propriis meritis quæſito, & æquabili pace gaudeat. Neque vero in Republica Polona, quamvis in ea prævalcant Pontificii, diſſidentes ab his precariam vel animam trahunt, vel libertatem obtinent, ſed omnes ut in libera Republica ſolet fieri, communi jure, libertate & pace gaudent. Hanc vivendi legem à Majoribus ſcriptam, ſancitam, munitam, didicimus, accepimus, legimus, ad hanc docti & facti, inſtituti & imbuti ſumus. Nec eſt ut dicant Pontificii ſuam Religionem in Polonia eſſe œconomam & magiſtram, alias eſſe peregrinas & advenas. Nam illud quidem verum eſt, omnem quæ à Pontificia & Græca diſſidet religionem, in Polonia, ſed non in Orbe Chriſtiano eſſe peregrinam & advenam. Sed quæ religio cum ſcriptura ſacra & ſymbolo Apoſtolico, ut noſtra Unitaria, concordat, illa nequaquam peregrina, ſed potius domina & ſola verè Catholica, jure cenſeri debet. Alioqui Samogitæ, qui adhuc ex parte idolorum impio cultui dediti ſunt & partem conſtituunt Litvaniæ, dicerent jure Polonis & Litvanis & Samogitis Pontificiis, eorum religionem eſſe peregrinam & advenam, ſuam verò eſſe œconomam & magiſtram. At enim, *id eſt verius, quod prius, id prius, quod ab initio: id ab initio, quod ab Apoſtolis*, inquit Tertullianus. Atque hæ ipſæ rationes omnes, ut pro Evangelicorum, ita & pro Unitariorum libertate, contra Pontificiorum multorum (neque enim omnes adeo ſunt à ſe diſſidentibus & libertati pacique communi iniqui:) arrogantiam militant. Dico igitur ſalvâ majorum Fœderatorum & Regum noſtrorum fide, ſalvam eſſe tranquillitatem & libertatem publicam, ſalva eſſe noſtra omnia, omnesque diſſidentes de religione tàm Pontificios quam Antipontificios (utrique enim ab ſe fidei ſententiis diſſident, & mutuo hi illis, & illi his ſunt diſſidentes de religione) æqua pace gaudêre.

At verò objicitur, Unitarios non poſſe gaudere, fide il-



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

deris Majorum & juramentorum Regiorum publicâ, e libertateque communi. Quid ita? Quia inquiunt, illud & juramentum intelligit diſſidentes de religione iana, at iſti non ſunt diſſidentes de religione, ſed à one Chriſtiana. Quod tam verum eſt, quam eum lum Symbolum Apoſtolicum profiteatur, ac proin- niſi Chriſtianus ſit, Chriſtianum non eſſe. Ideo nec n eſt hanc diſtinctionem eſſe nuperam, & apud ma- noſtros inauditam, qui generatim ſanciunt, pacem rvandam inter omnes de religione diſſidentes, quicun- è Chriſtianos eſſe profiteantur, quique jam tùm par- vium conſtituebant. Certe illi nunquam in animum erant ſuum, ut aliquod diſcrimen inter ſe religionis tu facerent. Priſca illi Polona fide & candore ſecum invicem, neminem unquam in communi patria con- iæ cauſa vexari, imò vero omnes de religione diſſi- s pace & tranquillitate publicâ, ut in libera Republi- et, gaudere debere decernunt. Alioqui Unitarios in œderis, quod cum reliquis civibus unà inibant & ſub- ionibus firmabant, initio palam excluſiſſent, & ita in ſe in herbis oppreſſiſſe gloriati fuiſſent. Sed tantum, ut hoc animum eorum ſubiret, ut potius Unitariis tates Senatorias, & regni ac provincialia officia varia- nunia bono Reipublicæ committerent: id quod jam undum venit. Ac primùm quidem in promptu eſt, cam & demonſtrem triginta fermè ante ſancitum Varſaviæ fœdus annis, ſententiæ Unitariæ reſtitutæ ia, ut per viros doctos & pios ex Germania, Italia & nia oriundos, ita præcipuè per Nobiliſſimos regni ci- parſa & in herbis relicta, firmas radices egiſſe & fe- r ſuccreviſſe. Taceo tacitos approbatores inter Canoni- Cracovienſes, ſpreta veritate exoſâ, ad atheiſmum con- os, quorum è numero quidam ad primarias dignitates chaſticas promoti, hæreſeos ſuſpicione imò & infamia rabant, ac Pontificis cenſurâ notabantur. At vero per nem Triceſſium & Filium ejus Andream Joannem Phi- rium Aulicum Regium & *Iacobum Priluſſium* Notarium reſtrem Cracovienſem viros nobilisſimos & doctrinâ picuos, initiis reformationis Sigiſmundo I. Rege fa-

ctis, ſocii eorum Andreas Fricius Modrevius Secretarius Regius, vir ſcriptis clariſſimus, & mox cum eo Nicolaus Oleſnicius Pinczoviæ hæres, Eques ſplendidiſſimus, (de quo Orichovius Annal. 3. *Vir patritius, utpote in Sienenſium familia ortus, unde multi clari viri in Polonia fuerunt, ex quibus Sbigneus Cracovienſis Epiſcopus & urbis Romæ Cardinalis, ut cæteros prætermittam, patrum memoria fuit*: Stanislaus Laſſocius Lancicienſis Archicamerarius, (quæ dignitas apud nos ſenatoriæ eſt proxima, Tribunum plebis Romano more recte vocaveris) Fraterque ejus Chriſtophorus Satrapa (vulgo Capitaneus) Goſtynenſis, Hieronymus Philipovius Quæſtor Palatinatus Cracovienſis, Martinus Chelmius Vexillifer Cracovienſis. Nicolaus Rejus Aulicus Regius, Staniſlaus Cicovius primo Archicamerarius Cracovienſis & Dux exercituum Regni in Moſcoviam renunciatus, poſt Caſtellanus Biecenſis, Senator graviſſimus & pacis bellique artibus illuſtriſſimus, Zeloſi & fortes Patroni ſententiæ Unitariæ extiterunt. Atque hos ante introductum ſub comitia Petricovienſia Anno 1565. inter Reformatos & Unitarios ſchiſma factum comperio. Hos proximè poſt exortum ſchiſma Joannes Lutomirſcius, Caſtellanus Ravenſis, poſtea Siradienſis & Theſaurarius Curiæ Regni, Lancicienſis Radomienſiſque Præfectus (Capitaneus vulgo dicitur) cumque eo frater Staniſlaus Secretarius Regius & Eccleſiarum minoris Poloniæ Superintendens, Nicolaus Sienicius vulgo Demoſthenes Polonicus dictus, Cameræ Equeſtris in prædictis Comitiis Anno 1565 Præſes, poſtea Archicamerarius Chelmenſis, Tenutarius Tarnogorenſis, vir in Republica præſtantiſſimus, Joannes Niemojevius Judex Terreſtris & Delegatus Inorladiſlavienſis, aliique firmo pede ſecuti ſunt: animo illis heroico exemplo addente Joanne Sigiſmundo Rege Hungariæ renunciato & Tranſylvaniæ Principe, qui Unitariæ religionis profeſſores fovit & promovit, eandemque ipſe ad extremum retinuit. At Auguſto Rege defuncto ad fœdus illud ineundum, ut & ad unionem cum Litvanis, & ad erigendum ſupremum judiciorum tribunal, non parum cum primis contulit memoratus Sienicius Magni illius Zamoſcii Cancellarii & Imperatoris vicinus & amicus. Quis jam non videat Unitarios non

tam-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tantum non fuiſſe ab illo fœdere in primo ejus exordio excluſos, ſed horum magnam partem fuiſſe quæ tunc in Republica gerebantur, fœdus illud pepigiſſe, illudque ut & omnium Interregnorum dehinc & Electionum acta, appoſitis ſubſcriptionibus juxta cum cæteris civibus approbaſſe & muniviſſe. Hoc autem jus fœderis ſine controverſia Henrico & Stephano Regibus florente ut conſcientiarum libertate ita & Republica, Unitarios retinuiſſe probat non exigua exemplorum copia, eorum inquam qui præcipuas in Regno & Magno Ducatu Litvaniæ dignitates Senatorias, & Aulicas & provincialia officia geſſerunt. Primus nobis ſe offert Joannes de Ciechanowice Kiszka Gubernator Samogitiæ, in Magno Ducatu Litvaniæ S. R. Mtis Pincerna, poſtea Caſtellanus Vilnenſis, hiſce dignitatibus inter principes & præcipuos Lithvaniæ Senatores & Proceres adſcitus, Unitariorum Patronus munificentiſſimus. Hunc ſequitur Joannes Czaplic de Szpanow Caſtellanus Kyovienſis: tum Nicolaus Kazimirski de Biberſtein Dominus in Lewartow, vir egregius, legationibus ad Comitia Regni & acerrima *libertatis defenſione clariſſimus. His adjungo Staniſlaum de Lubienietz Lubieniecium Quæſtorem Satrapiæ Lublinenſis, ad judicia in Satrapia Sendomirienſi & Lublinenſi exercenda Deputatum, cujus tergemini filii inſolito fervore correpti exuto non tantum ſplendore aulæ Regiæ, ſed & fallacis ſeculi amore, Unitariæ ſententiæ profeſſores & præcones liberè citra omnem periculi vel invidiæ metum extiterunt, Horum nonnulli Sigiſmundi Tertii tempora attingentes, numerum ſequentium auxerunt. Quamvis enim Sigiſmundus (qui in Senatu Politico ſeptem Pontificios invenit, quinque vero Evangelicos reliquit) nullum ex Unitariis, præter Staniſlaum Cicovium, ad Senatoriam dignitatem promoverit, Aulica tamen & provincialia officia illis non denegavit. Imo vero in ejus Electione Marſchalcus Ordinis Equeſtris Paulus de Orzechowiec Or-

* *libertatis defenſione clariſſimus.*] Quin & Conſtantinus Dux in Oſtrog, Palatinus Kyovienſis, & Romanus Hoyski Dominus in Hoszcza, Caſtellanus Kyovienſis, Capitaneus Volodimirienſis, quamvis religionem Unitariam, quam in corde amplectebantur aperte non ſint profeſſi, Unitariorum tamen Fautores & Patroni fuerunt.

Orzechowski Pincerna Chelmenſis, qui poſtea Archic
merarius Chelmenſis & Capitaneus Suraſenſis, amplif
morum bonorum hæres, Magni illius Zamoſcii intimus
micus & Conſiliarius, imò & Comitiali auctoritate An
1590 inter Deputatos conſilii bellici & Reipublicæ Proviſ
res è medio Legatorum Terreſtrium adſcitus, extitit. E
eadem familia recenſent Unitarii Staniſlaum Orzechoviu
Archicamerarium Lublinenſem, Dominum in Piaski,
utrique ſanguinis jure junctum Petrum de Oſtrow Oſtrow
ki Aulicum Regium, qui ad Aulam Turcicam legationer
& alia munia à Rege ſibi commiſſa glorioſè obivit. His ac
cenſendi Jacobus de Sienno Sieninski Palatinides Podoliæ
Racoviæ & luculenti cenſus hæres, de Republica cum patri
monii jactura optimè meritus, & ſtrenuus Unitariæ profeſ
ſionis Patronus: Stephanus Niemiritz in Czerniechow, Ho
roszki, Norinsko &c. Archicamerarius Kyovienſis, Capita
neus Owrucenſis: *Hieronymus de Moſcorow* Moſcorows
ki & Paulus Lubienietzki Judex Confœderationis Palatina
tus Lublinenſis Anno 1632. Viri egregii, quiſæpius ad Com
miſſiones Regales & Legationes provincialium nomin
in Comitiis Generalibus obeundas, & ad exercenda judici
in ſupremo Regni Tribunali, vel ad jus tempore Interregn
ſecundum Confœderationem (Kaptur vulgo vocant) di-
cendum adhibiti, impoſita munia, cum laude, quamdiu
ſua virtuti laus citra invidiam permanſit, geſſêre. Hic ſilen-
tio prætereundi mihi nequaquam ſunt, Chriſtophorus de Ze-
lauki Zelenski Judex Terræ Lucovienſis, Petrus in Suchodo-
lii Suchodolski Dapifer Chelmenſis, Paulus de Suchodolii
Suchodolski Pincerna Chelmenſis, *Staniſlaus de Woyſlawice*
Cikowski hæreditarius in Bren, Krzelow, Korabniki, vir ſe-
natorio genere & genio, Chriſtophorus in Raciborsko Mor-
ſtin, Capitaneus Philipovienſis, Ioannes de Konari Konarski
Tribunus Chelmenſis Wladiſlaus Dux Zbaraſius in Wolosz-
czyce Januſſius Dux Zaſlavienſis Palatinus Volyniæ, Chorno-
ſtajus Breſtenſis Chlebovicius Minſcenſis, in Lithwania Pa-
latini. Baſilius Zienkievicz Marſchalcus & Judex Terreſtris
Novogrodenſis Litvaniæ, Andreas Laſſota venator Lublinen-
ſis, Bernardus Suchorabski Enſifer Belzenſis, Balthaſar Wys-
zkowski Judex Branſcenſis, Abrahamus Szczepanowski
Judex Novæ Civitatis Korczyn Caſtrenſis. Jam ut conti-

nuus libertatis Unitariorum uſus appareat, adjiciam hos qui Vladiſlao Rege ad Majorum prærogativas admiſſi, ad noſtra tempora pervenêre. Martinus Czaplic de Szpanow Bereſci Dominus, & frater ejus Georgius Kiſſelini Dominus, Viri nobiliſſimi, multis illuſtribus familiis ſanguine annexi, & in Comitiis ac Tribunali ſupremo Regni, ut & in judiciis Confœderationis ſub interregnum, inſignes: nec degeneres filii eorum, Andreas & uterque Alexander ampliſſimarum poſſeſſionum hæredes, cuncti autem Eccleſiarum Unitariarum fundatores ac fautores, viri domi foriſque, togæ & militiæ clari, merentur commemorationem: ſed & Chriſtophorus in Lachowce Sieniuta, & Andreas in Piaski Suchodolski, viri illuſtres & divites, ac potentes Unitariorum Patroni. Floret adhuc paternæ fidei & dignitatis & virtutis hæres, Georgius Niemieritz de Czerniechow Dominus in Horoſzki, Uſzomir, orel &c. Archicamerarius Kyowienſis, Capitaneus Owrucenſis, animi fortunæque dotibus Principibus comparandus, in Comitiis & Tribunali clariſſimus, & meritis in Rempublicam pace belloque egregius. Taceamne Gabrielem in Jwanitze Iwanitzki vicecapitaneum Vlodimirienſem, Stephanum de Liniewo Linewski Judicem Caſtrenſem Vlodimirienſem, Michaëlem Liniewski, & Adamum de Wojutyn Hulewitz ad Tribunal Regni ſupremum ex Palatinatu Voliniensi Deputatos, Nicolaum Kochanowski vicecapitaneum Radomiæ, Sigiſmundum Wezyk in Vidawa Theſaurarium Varſawienſem, Stephanum Kazimirski de Biberſtein Ductorem militum ſtrenuum, Cyrillum Chrzanſtowski Nuncium Palatinatus Cracovienſis ad Comitia Regni, Abrahamum Krzesz ejuſdem muneris, N. Zulinski Subjudicem Satrapiæ Belzenſis, Eliam de Bukowietz Szlichtyng Vice-Palatinum Gneſnenſem, Burgrabium terræ Coſtyanenſis, Martianum Wiſzowaty Subdapiferum Palatinatûs Podlachiæ, Baſilium de Bieniew Bieniewski Tribunum Lucovienſem, Staniſlaum Bieniewski Tribunum Partzovienſem, Andream de Moſcorow Moſcorowski ſingularis in conventibus Nobilitatis Sendomirienſis Auctoritatis Oratorem, viros in toga præſtantes? His Subjicio Stephanum de Wojnarowa Wojnarowski Venationis Regiæ in Palati-

nata

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

natu Kijovienſi præfectum, magni animi Virum, Paulum Zienkiewicz Cichinski Secretarium & Aulicum Regium, Staniſlaum Lubienietzki Notarium Theſauri Regni, Phareſum Domaratzki idem officium gerentem, Joannem de Mierzen Mierzenski primò Subdapiferum Volcovicenſem, poſt Marſchalcum Vilcomirienſem, Capitaneum Vaſilcovienſem, Nicolaum in Suchodoly Suchodolski Aulicum Regium, Dapiferum Chelmenſem, Capitaneum Tarnogorenſem, Ordinum Ductorem, Chriſtophorum de Wyszkow Wyszkowski Propincernam Terræ Bielſcenſis, Stephanum Grek de Rebkow Vicepalatinum & ductorem ordinum Podlachiæ, Stephanum Niemiritz in Czerniechow, Toporyszcza, Przyborsk &c. Primùm Propincernam poſtea Archicamerarium Palatinatus Kyovienſis, Aulicum Regium, in Comitiis & Tribunali in ætate adhuc juvenili floreſcentem, in Republica toga & ſago inclareſcentem, & affinem ejus Nicolaum Lubienietzki in Wyſokie, Ordinum Ductores. Taceo Morſtinios rei Salinariæ ad Veliciam adminiſtros, & inter eos egregium juvenem Sbigneum præcipuo Officio Veliciæ admotum & Terræ Mozirenſis Gladiferum: taceo *Tobiam in Svvanitze* Swanitzki Propincernam Palatinatus Czernihowienſis, ut & fratrem ejus Paulum Straſſini Dominum, & *Michaëlem Kezewski*, illum ex Volinienſi Palatinatu, hos ex Ducatu Pruſſiæ, ad Comitia Regni ſæpius Delegatos: taceo alios diverſa munia gerentes. Feſſum jam & feſtinantem morari cogit, Elias de Arciszewo Arciszewski, Eques illuſtris, Aulicus Regius & Tribunus militum egregius, bellis Moſcoviticis & Pruſſicis clarus, ideoque Vladiſlao Regi belli ſcientiſſimo, & Staniſlao Koniecpolski Duci fortiſſimo charus, & Boguſlaus de Przypkowice Przypkowski Tribunus militum belli acer, & in hiſtoria Litvanica celebris, qui nuper contra Moſcos fortiſſimè dimicans pro patria occubuit.

Quis jam æquus audeat dicere tot illuſtres & Nobiliſſimos viros (ut alios prætercam) & genere & dignitatibus variisque officiis, & in Rempublicam meritis præſtantiſſimos, jure fœderis Majorum excluſos, & pace ac libertate publica nonniſi per conniventiam ac precario gaviſos eſſe? Vel me

ente res pſa pro me loquitur, & jus uſumque liber- nitariorum Fratrum, quâ cum cæteris civibus Polo- què gaviſi ſunt & adhuc gaudent, evincit allata ex- rum copia, quam non jactantia & vanæ gloriæ cu- uggeſſit, ſed ipſa neceſſitas vel invito extorſit. Quid, Unitarii juxta cum cæteris civibus Polonis locum in ntibus Equeſtris Ordinis & facultatem dicendarum ntiarum, ferendorum ſuffragiorum, & non tantum alium & Judicum & Delegatorum, ſed & Regum dorum, atque alia nobilitatis jura conſtanter & ma- n memoriâ ſine contradictione obtinuerint? Merito e uniuscujusque probi & æqui viri animum admiratio , qui fiat; ut cum gens Polona ad invidiam extero- , & obtabilem libertatem retineat & oſtentet, nihil- ius in tam æquali Republica, prætextu religio- anta dari poſſit inæqualitas. Excludere enim Unita- (quorum Majores ſenatoriis variisque eminentisſimis iis functi ſunt, & fratrum multi adhuc officia honora- ma obtinent) pace & libertate tot Majorum fœderibus egum juramentis & legibus publicis munita, nihil a- eſt quam ex æquali inæqualem, ex Senatore plebe- , ex Regum electore mancipium, ex equite agaſonem, Tribuno & primipilo lixam, ex hærede, vernam, ex ro & ingenuo ſervum, ex Polono non Polonum, fa- velle. En quo tendit iniquitas! Talianè in Republica ra, in ſtatu populari & æquali ferenda? ut hic vel ille, ibus præpollens & præfidens, civem ſibi parem ob di- ſam fidei ſententiam à ſua, privet natalium jure & avi- libertate, quam ei non dedit, cum eam uterque à Ma- ibus, & quidem cum tot & tantis ut vidimus obteſta- nibus & adjurationibus acceperint. Veſtram ego fidem æquitatem, ô CIVES appello, & per communia pa- æ libertatis jura, per Majorum juratam fœderis fi- m, per pacem & ſalutem publicam, per ſanguinis ncula & omnia ſacra obteſtor, videte quid agant quidve editentur libertatis & æqualitatis hoſtes, & ingenia am- tioni famulantia, ac antiquum Reipublicæ ſtatum pero- ! Obtentu nunc hujus, nunc illius hæreſeos, vel alicu- s criminis, etiam quæſito prætextu communia jura in-

va-

vaſerunt, violarunt, labefactarunt, vobis vel non animadvertentibus, vel conniventibus, vel etiam in ſinum ridentibus & ingeminantibus, *Euge, ne ſic quidem male.* Credite mihi, interni iſti & domeſtici hoſtes, bella, atterendo cladibus & exactionibus Equeſtri Ordini, cum ipſi ſint extra ictum, movent & fovent, patrios mores ſpernunt, avitas conſuetudines boni ordinis & imperii conſervandi obſtacula vocant, ac proinde antiquant, antiquata ab Orco revocant, & invidiâ hæreſeos tegunt firmantque, variis artibus libertatem appetunt, & an reſtringi ac coërceri poſſit, experiuntur: ubi hoc perfecerint, demptâ larvâ apertè eam adorientur, & oppreſſum ibunt, atque ita, niſi tempeſtive ignes ſuppoſitos cineri doloſo, frigida ſuffuderis, incendio inevitabili libertatem conſument, rerum ſummam ad paucos, qui facilius corrumpi poſſint, & largitionibus pateant, reducent: & ſine ſenſu, ſenſim Hiſpanicæ Inquiſitionis, vel ſaltem Auſtriacæ dominationis jugum in Poloniam noſtram intruducent. Inite rationes vobiſcum, & videte quid domi, quid foris fiat, quomodo in ſylva pietatis latentes raptores alienæ libertatis lupi, publicæ quieti inhient, quomodo Patrum memoria florentè libertate conſcientiarum publicâ Floruerit & Reſpublica, & quomodo noſtra memoria afflicta illa & hæc afflicta ſit, ac de ſalute periclitetur. Nondum vobis ô populares media ad reſtituendam civibus religionis obtentu afflictis libertatem, nondum ad reſtituendam rem, & libertatem publicam deſunt. Circumſpicite eos qui patriæ noſtræ libertati favent, horum amicitiam prenſate & colite. Quod ſi ad æquitatem & moderationem Majorum redieritis, Optimo & Digniſſimo habenas imperii liberè, poſtquam tempus Electionis advenerit, deferentes, tum dicetur in populis.

MORIBUS ANTIQUIS STAT RES POLONA VIRISQUE.

Quocirca perſonatis civibus larvam ipſi Principi non acceptam detrahite, technas & molimina eorum detegite, æquitatem & æqualitatem poſtliminio revocate, fidem Majorum & Regum ac veſtram propriam ſyncere & firmiter tenete, cuſtodite, colite, fœdus inter diſſidentes de fide initum & firmatum toties, ſervate, optimum Reipublicæ



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

tum, qualem Majores reliquêre, in quo Princeps Ma-
ſtatem, Senatus auctoritatem, populus libertatem ju-
m, juncti cum Rege ordines laudabili proportione ab-
utam poteſtatem obtineant, diligenter cuſtodite: leges
cutioni mandate, jus omnibus ex æquo dicite. Sic virtu-
n avitam Deus opt. Max. gratia & benedictione,
is Chriſtianus teſtimonio & laude perennatura ap-
babit, ac poſterorum memoriæ commendabit.
oqui Unitarii afflicti ſolatium certum & efficax
llo Servatoris dicto invenient. *Beati eritis quando vos
mines odio habebunt, & ſeparabunt vos, & contumeliis vos
cient, & nomen veſtrum ejicient tanquam malum propter
ium* HOMINIS. *Exultate in illa die & gaudete, ecce
n merces veſtra multa eſt in cœlis*. Luc. VI. 22, 23. Nul-
enim aliam odii & perſecutionum acerbiſſimam in Uni-
os cauſam habetis, quam quod filium hominis ex Spi-
Sancto conceptum, ex virgine natum, eſſe Chriſtum
Filium Dei ac Regem cæleſtem confiteantur. Ita illos
cœlis æterni gaudii præmium, in terris vero tranquillæ
ſcientiæ gaudium, rectæ factorum & avitæ libertatis
itatisque defenſæ gloria, & bonorum commiſeratio
nebit. Vos autem etiam atque etiam moneo, videte
idei violatæ, libertatis proditæ, & Reipublicæ perdi-
, infamia apud poſteritatem laboretis, & non tantum
, ſed & tot innocentes perverſarum machinationum
os, liberos & ſubjectos veſtros, & uxores ipſas, cor-
tis juſta Dei vindicta conſiliis veſtris, in extremam
nam ac perniciem conjiciatis, & totius orbis ludibrio
onatis, ac demum tot noxis devincti coram tremendo
orrupti Judicis tribunali olim compareatis. En vobis
divina humanaque quæ Unitarios tutantur. Horum
orationem coram Deo & hominibus prætendere non
eſtis.

ed dicet aliquis. Parens hæreticus. hæretico filio, il-
itimus illegitimo (nam & hoc impudenter nonnulli non
tum Unitariis, ſed & omnibus Evangelicis objiciunt:)
c æqualis libertatis jura indulgere & relinquere non
erat, cum & ipſe illud non habuerit. Nemo enim
id, quod non habet. At, ô bone! tecum habita, &

vide annon tui majores Evangelicam vel Unitariam religionem profeſſi ſunt. *Mihi quidem compertum eſt, Principes Radzivilios, Comites Gorcanos, Tencinios, Leſcinios, Oſtrorogios, Oſſolinios, Zborovios, Zamoſcios, Lubomirſcios, Sobieſcios, Cicovios, Tirlejos, Lanſcoronios, Olesnicios, Sieninios, Myſcovios, Sienavios, Slupecios, Stadnicios, Rejos, Lutomirſcios, Goſtomios, Czyzovios, Volovicios, Mencinios, Zelinſcios, Gnojenios, Bonaros, Triceſſios, Cochanovios, Morſtinios, Laſſocios, aliosque Illuſtriſſimos* & Nobiliſſimos viros, Auguſto, & Henrico, & Stephano & Sigismundo Tertio Regibus, religionem Evangelicam vel Unitariam profeſſos fuiſſe, & acerrimos ejus patronos extitiſſe, nihilominus inter Senatores, & officiales Regni vel provinciarum, ſublimem locum occupaſſe. Inter hos, quære majores tuos: certo certius, nec invitus credo, agnoſces omnes hos, quorum de ſanguine cretus es, jure natalium avito & libertate communi gaviſos eſſe. Quid igitur impedit quo minus jam horum poſteri eandem æquitatem experiantur? Valde equidem à fide & æquitate Majorum diſcedimus, ſi hos qui Evangelicam vel Unitariam fidem profitentur non tantum à dignitatibus Senatoriis & principalibus officiis, ſed etiam à pace publica & communis libertatis lucisque uſura arcemus, honore, exiſtimatione, hæreditate, ſucceſſione & omni jure ſpoliamus.

*Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis.*

Quod igitur licuit Majoribus tuis, quamvis alii Eccleſiæ Romanæ adhærent, hoc liceat & mihi, etiamſi tu illis adhæreas, vel ad eam damnata Majorum vel Parentum fide ſis reverſus. *Quis enim* (præſertim in Republica libera) *imponat mihi neceſſitatem, vel credendi quod nolim, vel quod velim non credendi*, inquit lacteus Lactantius. Si hæc vel illa fides eſt bona & vera ac genuina, *docendo potius quam jubendo, multo minus nocendo, monendo quam minando*, ut Auguſtinus alicubi ſcribit, eſt inſtillanda. Eodem judice Hæretici non morte plectendi, nec ullis legibus occidendi, ſed ſolo gladio ſpiritus, à Catholica Eccleſia interfici debent. Atque hic eſt veræ fidei genius, hæc indoles, ut leniter inſtillari & placide doceri cupiat, & ipſa modeſtiâ omnibus ſe commendet,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

det. At falſa & errans opinio, ſuis diffiſa viribus, & ſui impotens; furit & ruit, fidei purioris profeſſores ferit, quos maxime timet.

Sed adhuc dicet quisquam. Unitarios eſſe pace & libertate publica excludendos, imò & patria pellendos, tanquam patriæ hoſtes, perduelles, perfidos, cum in proxima Reipublicæ converſione Suecis addicti & juncti fuerint, iiſdem Cracoviæ & ibi adfuerint, adhæſerint: tandem etiam nonnulli cum præſidio Cracovienſi, finibus patriæ excedere, quam in patria manere maluerint. Ad has & ſimiles criminationes, ut breviter reſpondeam res monet ipſa. Ac verum quidem eſt, Unitarios in Palatinatu Cracovienſi habitantes, Sereniſſimi Regis Sueciæ, occupata jam Cracoviâ, ibidem commorantis protectioni, ſe ſuaque cuncta, ut tum res ferebat ſubjeciſſe; poſt hæc & Sendomiriæ & Varſaviæ quoſdam nomina ſua eidem tanquam Patrono, non ſine nexu juramenti dediſſe. Sed hoc fecerunt cum univerſa Republica, cui ſi tam difficili tempore (quale illud fuit Moſchorum & Coſacorum immenſa potentiâ, mari calamitatum Lituaniam & Ruſſiam inundante & ultimum toti Regno exitium parante) licuit S. Ræ. Mtis. Sueciæ patrocinio, uſque dum res componantur, ſe ſubdere, certè eadem libertas fuit Unitariis, * quorum tunc multi à Provinciis Cracovienſibus, Sendomirienſibus, Kyovienſibus, Volinienſibus, & Podlachienſibus, ad prædictam Regiam Majeſtatem delegabantur, & qui ſunt pars Reipublicæ & cives juri & regimini publico ſubjecti. Atque ſic per: deditam Cracoviam Regni caput, poſt deditionem Ducum & militum Quartanorum, dedentibus ſe Craco-

 vien-

* *quorum tunc multi.* ] Ex Palatinatu Cracovienſi, Petrus de Bielſcie Wierzbieta, & Staniſlaus Sierakowski.

Ex Palatinatu Sendomirienſi, Stephanus Niemiritz in Czerniechow Propincerna Kyovienſis, & Chriſtophorus Wiszwoaty de Szanki.

Ex Palatinatu Kyovienſi, Georgius Niemiritz Archicamerarius Kyovienſis.

Ex Palatinatu Volinienſi, Alexander Czaplic Szpanowski in Kiſſelin, & Andreas Bratkowski.

Ex Palatinatu Podlachienſi, Nicolaus Lubienietzki de Lubiecz.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

vienſibus, Sendomirienſibus, Kyovienſibus, Ruſſiæ, Volinienſibuſque, per Delegatos Provincialibus, Unitarii in Palatinatu Cracovienſi agentes, patrocinio Regis ſe ſubmiſerunt, nec quidquam vel ante alios cives, vel in eorum patriæque fraudem, vel noxam, vel præjudicium fecerunt. Neque enim tunc ſalutis conſervandæ, alia ratio vel Reipublicæ vel Unitariis fuit. Nec integrum fuit Unitariis reſiſtere toti Reipublicæ, Regi Patrono ſe ſubjiciente, vel ipſi Regi, cui tota Reſpublica non reſiſtebat. Multi tamen Unitariorum in Magno Ducatu Litvaniæ, in Palatinatu, Lublinenſi, Belzenſi & partibus Ruſſiæ degentes, & à Suecis remotiores, fidem iis ſuam obligare neceſſe non habuerunt, imò contra Suecos arma una cum cæteris civibus ceperunt. Multi quoque in Ungariam vel Sileſiam ſe ſubducentes, eventui rerum intenti fuere. Exceſſiſſent tamen & omnes proculdubio in Hungariam vel Sileſiam, ſi commotis contra Suecos Provincialibus & ruſticis latronibus, Lutheros (ſic enim omnes Antipontificii vulgò vocamur) nominatim vero Unitarios & Suecos pariter mactantibus, ac omnes viarum tranſitus obſidentibus, vitam & chara pignora, tanquam ex media flamma eripere, & vel in exoticum ſolum tranſducere licuiſſet miſeris. At cum alia ſalutis & fidei conſervandæ ratio relicta non eſſet, Cracoviam ſub præſidium Regis Patroni ſe contulerunt, inibique in ejus fide permanſerunt, arma tamen contra patriam non ſumpſerunt, bellicis conſiliis contra populares (ad quæ etiam nunquam vocati vel adhibiti ſunt) ſe non immiſcuerunt, ſatis habuerunt libertate conſcientiæ & libero religionis exercitio, quod Stephano Rege & initio regni Sigiſmundi (quanquam & decennio ferè ante obitum Auguſti) ut in aliis principalibus urbibus, ita & in illa Metropoli habuerunt; gaudere, & pro patriæ ſalute ac quiete publica vota & preces facere, in omnibus Dei ordinationi & tempori ſe ſubjicientes. Operam Suecis nullam commodarunt, quam quod unus, iſque gente Germanus, ad ſcribendas aliquando literas latinas, à Gubernatore Cracovienſi adhibitus fuerit; nonnulli vero ab eodem Gubernatore in cujus tunc erant poteſtate, cum literis miſſi fuerint, qui etiam vitam amittere, quam fidem juratam fallere maluerunt. Atque ſic corpus illud Fratrum Unitariorum Cracoviæ ſe geſſit. Uti vero particu-

lares

ſaret: privatæ quorundam actiones,totamUnitariorumſo-cietatem non obligant ut pro iis reſpondere, multo minus patrocineantur:ſic & eorum quiCracoviæ infideRegisPatroni jurati manſerunt,factum,Unitariorum communitatem non obſtringit, nec in popularium mentibus ſuſpiciones & perſe-cutiones contra omnes Unitarios excitare merito poteſt.Suo quiſque bono vel malo in tanta rerum confuſione, & fatali Reipublicæ neceſſitate,id agit,quod ei dura neceſſitas extor-quet. Ad ultimum quidam cum præſidio Cracovienſi ob in-vidiam multorum Procerum & popularium,inter mille op-probria, & horrendas minas exceſſerunt, & bona ac poſ-ſeſſiones, bonorumque virorum & bonorum civium no-mina perdiderunt, ne conſcientias perderent, & ut ſe in-vidiæ ad tempus ſubducerent. Et permanent illi quidem in fide ejus cui ſemel jurarunt, ſed ſua tantum, citra cu-juſquam, multo minus patriæ noxam agunt, illiusque pa-cem ac tranquillitatem ac in priſtinum ſtatum reſtituti-onem expectant, quod unicuique integrum eſſe nec fraudi duci debere, jura divina humanaque docent. Hac enim ra-tione, neque fidem juratam, neque debitam in Patriam (quæ ut non nemo dixit omnes charitates complectitur) charitatem exuunt. At enim invidia, ex fide perfidiam, ex virtute vitium facit: cum potius conſtans & invicta Uni-tariorum fides, quam Regi Sueco quamvis extero cum Re-publicâ datam & juratam ſervarunt, argumento eſſe de-beat, eos propriis Regibus & Dominis ſuis non niſi fide-les ſe poſſe, quod etiam adhuc ſemper teſtati ſunt. Quamobrem ad omnes malevolorum criminationes nihil aliud repono ad vindicandam fidem & innocentiamFratrum meorum, religionisque incontaminatam famam, quam ea quæ oratio ad Principem Tranſylvaniæ, cum eum diem 24 Martij Anno 1657 in Regia Cracovienſi (neque enim aliter fieri potuit) ſalutaremus, habita continet. *Nos inquit, quorum inſonti ſanguine crimina ſua expiatum ibant conterranei noſtri, niſi divina innocentiæ patrocinante providentia erepti, & ad hunc uſque diem conſervati eſſemus. Non enim latet Sereniſſimam Celſitudinem tuam,quo pacto Duces & exercitus noſtri, omnesque Regni iſtius incolæ ſub patrocinium & protectionem Sacræ Regiæ Majeſtatis Sueciæ iurata fide ſe dediderint. Inter alios cives & nos numerus fuimus.Nul-*

*la cum Sereniſſimo Rege Succiæ conſilia, nulla arma unquam miſcuimus, iniurias maximas quibus propter conſcientiam vexabamur, ſumma patientia tulimus. Hoc fecimus quod omnes fecêre, qui Rege extra regnum exacto, in præſentiſſimo patriæ diſcrimine exiſtimabant ſe fide, qua Regi ſuo obſtricti fuerant, plane ſolutos eſſe. Nos Sereniſſimo Regi Caſimiro fidem ad extremum ſervavimus, illum omnibus publicis contributionibus etiam ultra vires iuvimus, in omnibus bellicis expeditionibus illi adfuimus, capita noſtra pro ſalute ejus periculis objectavimus, multos ex noſtris, quidam etiam filios, fortiſſime pro patria dimicantes amiſimus, omnes pro Rege noſtro mori parati fuimus. Sed cum & ipſe regnum deſperatis rebus deſereret, & viciſſim deſereretur ab omnibus Regni incolis, quota pars nos fuimus reliqui, oneri potius Regi extra regnum ſeſe recipienti, quam ſubſidio ullo futuri. Manſimus igitur cum cæteris in patria, & univerſis ſeſe Sereniſſimo Regi Sueciæ dedentibus, ſoli hoc conſilio refragari non potuimus. Quid fit, Sereniſſime Princeps? Non multo poſt opportunam, ut ipſis videbatur, occaſionem nacti, mutato conſilio, mutant & fidem iureiurando ſancitam, & undique contra Sereniſſimum Regem Sueciæ arma cient. Quod ſuum inceptum, ut felix fauſtumque eſſet noſtro ſanguine ſancire & conſecrare voluerunt, non aliam ob cauſam, quam quod ipſis hæretici videremur. Edictum publicant & ubique proclamari faciunt, immiſſa* & effuſa undique ruſticorum & latronum rabie, ut Lutheri (ſic enim nos appellitare amant) æque cum Suecis ubicunque deprehendi poſſint, trucidentur, ſpolientur, bona eorum diripiantur, poſſeſſiones devaſtentur, & omnis in eos hoſtilitas & crudelitas impunè exerceatur. Edictum illud protinus in factum vertitur. Quot quot deprehenſi ſunt, omnes miſerabiliter trucidati, quidam etiam ignibus uſtulati, bona eorum direpta, domus expoliatæ, quibuſdam etiam crudeliter necatis non alia quam aſini ſepultura conceſſa eſt, corporibus eorum canibus & vulturibus ad dilaniandum projectis. *Ita etiam ultra mortem in miſeros ſævitum fuit. Quid hic aliud conſilii nobis reliquum erat, quam, ociſſime omnibus quæ aſportari nequibant relictis, fugere & vitam crudeliſſimæ morti eripere. Quoſdam etiam fugientes rabies Paganorum ductoribus eorum plebanis inſecuta eſt, ut ipſi quidem ægerrime evaſerint, cæterum liberos cum omnibus impedimentis*

*e miſeriæ. Quo autem fugeremus? Limites Hungariæ & Sileſiæ ca[...] atrocitate nobis occluſi erant. Nullum aliud reſtabat refugium niſi ad eos quorum protectioni ac patrocinio deditì eramus, & quorum ex occaſione, hæc tam nefanda & atrocia innocentes patiebamur, à quibus etiam benigne recepti & humani habiti ſumus. Licet autem truculentas contribuſuum ne[...]orum manus evaſerimus, non evaſimus tamen acerbiſſima [...]orum odia & inſectationes, propter hoc ſolum quod nos occidere non potuerint. Nos pro patriæ deſertoribus, pro perduellibus infamant, nos ad cædem depoſcunt, nos per urbis ſtius obſidionem ter repetitam, petebant. Quarum obſidionum cum duæ depulſæ eſſent, tertia nobis incidit prioribus duabus multo gravior, ac diuturnior, quippe ex priorum duarum infelici exitu, multo maioribus viribus incepta, & adminiſtrata. Nos miſeri profugi conſumptis quæ nobiſcum attuleramus, inopia & egeſtate in dies aggraveſcente premebamur, & res ad finem deveniebant. Has tantas tenebras, tantam caliginem adventus Sereniſſimæ Celſitudinis tuæ fama diſſipavit, & lucem attulit, ac ſpiritum reddidit.*

Iam judicet orbis Chriſtianus, an Unitarii qui vel hoc ut dictum eſt modo, in iſta Reipublicæ converſione, ad ſui conſervationem, citra perfidiæ infamiam & patriæ noxam ſe geſſerunt, vel cum popularibus contra Suecos bellarunt, poſſint ſalva Majorum & Regum fide, à libertate & pace publica excludi. Profecto, neminem qui rem æqua lance, citra religionis invidiam (qua immerito urgemur) perpenderit, hoc dicturum eſſe credo. Nam quod Theatri Europæi auctor, homo rerum Polonicarum ignarus, [ex] falsa relatione deceptus, ſcribit; nos in colloquio illo Thorunienſi Charitativo, primum quidem Reformatis accedere voluiſſe, ſed tanquam eos qui non numeremur inter diſſidentes in religione Chriſtiana & non includamur Confœderatione Regni, à Reformatis turpiter eſſe rejectos, (cum tamen iſti pro termino illo non comparuerint) poſtea vero in eodem termino Auguſtanam Confeſſionem profeſſos eſſe; non moramur. Quippe omnes quibus veritas & æquitas cordi eſt, tam fatentur quam ſciunt, rem ſe aliter planè habere, & aliter id temporis actam eſſe, noſque noſtram Unitariam Confeſſionem (quæ etiam Anno 1642 typis vulgata jam erat, conſcripta juxta ſymboli Apoſtolici articulos:) apertè profeſſos eſſe, coram Epiſcopo



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Samogitiæ. Colloquii illius Præſide,& tota illi aſſidentium corona, & Regem ipſum cum nos in primo termino Anno. 1644 comparuiſſe intelligeret, pro ſecundo Anno. 45 termino,non ut anteà omnes Diſſidentes ab Eccleſia Romana, ſed ſolos Auguſtanæ & Reformatæ Confeſſionis ſocios invitaſſe. Quin imò idem Rex, in literis ad Dantiſcanos ante ſecundum terminum datis, apertius mentem ſuam exponit,ſe ad colloquium illud invitare eos tantum in religione Chriſtiana Diſſidentes, qui ſanctam Trinitatem profiteantur: palam ſignificans nos quidem etiam Diſſidentes in Chriſtiana religione eſſe, ſed ad hoc colloquium non invitari, haud dubiè ex ſpiritualium conſilio, qui nos in fidei articulis, nullis Conciliis, nullis Patribus, ſed ſolis SS. ſcripturis, niti intelligunt: ex quibus & ipſimet multos fidei articulos,qui ipſis ſunt cum Auguſtanis & Reformatis communes, & hunc ipſum de ſancta Trinitate, prout ab ipſis creditur, articulum probari non poſſe exiſtimant. Quæ cum ita ſe habeant, & impudenti illi calumniatori, qui dicti Theatri auctori, credulo illuſit, ita & imprudenti ſcriptori, nullum reſponſum debemus. *Titio enim in fluvium conjectus per ſe extinguitur.* Ac proinde quivis qui de rebus æquum ferre velit judicium, facilè videt, ſecundum æquitatem, & rationem, & fœderis Majorum noſtrorum, & Regii juramenti mentem; Unitarios illo fœdere publico comprehendi, & communibus non tantum juribus, ſed & beneficiis dignitatum & officiorum gaudere debere, ſi fidei & æquitatis ac meritorum, nec non libertatis & quietis ac ſalutis publicæ ratio habeatur:atque in ultima hacce patriæ noſtræ mutatione,modo decenti & convenienti ſe geſſiſſe,nec ulla perfidia vel alicujus infamiæ macula,adſpergi poſſe. Ne igitur amplius molevoli prodeant, cum ſuis exceptionibus & criminationibus, quæ profectò uti in ſe ſunt futiles, ita nec illis ipſis, nec Regibus, (quorum conſcientiæ innixa hujus fœderis fides nunquam impunè violari poteſt) nec patriæ utiles,quos ideo vel profani Poëtæ dicto monitos velim,

*——— neu rumpite fœdera pacis*
*Neu regnis poſtferte fidem* ———

ob cujus violationem publicam, integra regna in extremam adducuntur ruinam & interitum.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
300 H 4